

<p>Pacifico Massimi, <i>Hecatelegium</i>, Florence, A. Miscomino, 1489</p> <p>Text digitized by Ann Mullaney from the following:</p> <ol style="list-style-type: none"> <li>1. the original text, from Gallica: <a href="https://gallica.bnf.fr/ark:/12148/bpt6k70216b?rk=21459;2">https://gallica.bnf.fr/ark:/12148/bpt6k70216b?rk=21459;2</a></li> <li>2. A French edition for Isidore Liseux, Paris, 1885, with a translation by Alcide Bonneau</li> <li>3. <i>Les Cent Elégies</i> by Juliette Desjardins, Grenoble, ELLUG, 1986. This is an extremely helpful edition, with a French translation and notes as well as textual variants.</li> <li>4. Convertio OCR software</li> </ol>	
Hecatelegium	<i>Hecatelegium</i> by Pacifico Massimi
[One of several Dedications]	[One of several Dedications]
Rmo. [Reverendissimo] D. FRANCISCO SODERINO EPISCOPO VOLATERRANO. S.N.P. Ref.	To the most Reverend Father Francisco Soderini, Bishop of Volterra, I extend my profound greetings.
<p>Hoc quicquid libelli est: Sacrae nobilitati tuae dicavi. Non sum Albinus. Quid enim inepte: quae fieri volui excusare laborem? Elegia est et mollicula quidem ludit et solita procacitate lascivit, ridet, plorat, gaudet &amp; tristatur saeculum tamen mellito felle demordet. Habes Platones Aristoteles et philosophantes plures. Sed illi vitam &amp; animum quandoque restringunt. Ego vero (lege me) relaxo, &amp; angorem et bilem intercido. Vive laetus &amp; vitam ama.</p> <p>Pacificus. M. P. A. [Maximus Poeta Ausulana]</p>	<p>Whatsoever this little book is, I have dedicated it to your sacred nobility. I am not [an] Albinus. Indeed, why would I absurdly labor to excuse what I wished to be. It is Elegy, and indeed rather sensual, it plays, and with customary impudence, frolics, laughs, cries, rejoices, and still, saddened, it bites at [our] age with honeyed bitterness. You have Platos, Aristotles and lots of philosophizers. But these at times restrict life and the spirit. But I (read me!) give relief, and cut through the anguish and the bile. Live happy and love life.</p> <p>Pacificus. M. P. A. [Maximus Poeta Ausulana]</p>
Contents	
<a href="#">Book 1</a>	Book 1
<a href="#">1.0. Ad lectorem</a>	<a href="#">1.0. To the Reader</a>
<a href="#">1.1. Ad lectorem</a>	<a href="#">1.1. To the reader</a>
<a href="#">1.2. Ad lectorem</a>	
<a href="#">1.3. Querela</a>	
<a href="#">1.4. De Martia</a>	
<a href="#">1.5. Ad uxorem</a>	
<a href="#">1.6. Ad Martiam</a>	
<a href="#">1.7. Tabellario</a>	

<a href="#">1.8. Ad Marsum</a>	
<a href="#">1.9. Ad Paulinum</a>	<a href="#">1.9 To Paolino</a>
<a href="#">1.10. Querela.</a>	
<a href="#">Book 2</a>	Book 2
<a href="#">2.0. Euchole</a>	
<a href="#">2.1. Querela</a>	
<a href="#">2.2. Ad Deos</a>	
<a href="#">2.3. Ad Tullum</a>	
<a href="#">2.4. De Hippolyta</a>	
<a href="#">2.5. Querela</a>	
<a href="#">2.6. De morte Hippolyti</a>	
<a href="#">2.7. Ad Ptolemaeum</a>	
<a href="#">2.8. Ad Lectorem</a>	
<a href="#">2.9. Ad amicos</a>	
<a href="#">2.10. Ad Marcum</a>	
<a href="#">Book 3</a>	Book 3
<a href="#">3.0. Ad lectorem</a>	
<a href="#">3.1. De Puella</a>	
<a href="#">3.2. Ad Priapum</a>	<a href="#">3.2 To Priapus</a>
<a href="#">3.3. De Lusca</a>	
<a href="#">3.4. De Puella</a>	
<a href="#">3.5. De avara Puella</a>	
<a href="#">3.6. In potentes</a>	
<a href="#">3.7. De Palmera</a>	<a href="#">3.7 About the Palm</a>
<a href="#">3.8. Ad Alphonsum</a>	
<a href="#">3.9. Explicatio</a>	
<a href="#">3.10. Querela</a>	
<a href="#">Book 4</a>	Book 4
<a href="#">4.0. Ad lectorem</a>	
<a href="#">4.1. Profectio.</a>	
<a href="#">4.2. Ad somnum</a>	
<a href="#">4.3. Ad Xistum</a>	
<a href="#">4.4. Ad Bictinicum</a>	
<a href="#">4.5. Ad Xistum</a>	
<a href="#">4.6. Ad Xistum</a>	
<a href="#">4.7. De Roma.</a>	
<a href="#">4.8. Ad Febrem.</a>	
<a href="#">4.9. Ad amicos</a>	
<a href="#">4.10. De Calva.</a>	
<a href="#">Book 5</a>	Book 5
<a href="#">5.0. Ad lectorem</a>	
<a href="#">5.1. In Hypocritam.</a>	
<a href="#">5.2. Interruptio</a>	
<a href="#">5.3. De mentula.</a>	
<a href="#">5.4. Ad pueros et puellas.</a>	

<a href="#">5.5. In Maledicum.</a>	
<a href="#">5.6. Ad Cynedum.</a>	
<a href="#">5.7. Ad Crispinum.</a>	
<a href="#">5.8. Laetitia</a>	
<a href="#">5.9. Regi Ferdinando.</a>	
<a href="#">5.10. Profectio</a>	
<a href="#">Book 6</a>	Book 6
<a href="#">6.0. Ad lectorem</a>	
<a href="#">6.1. Ad Florentiam</a>	
<a href="#">6.2. Ad Phoebum.</a>	
<a href="#">6.3. Ad Michaellem.</a>	
<a href="#">6.4. Ad Alamanum. S.</a>	
<a href="#">6.5. Ad Iacobum. S.</a>	
<a href="#">6.6. De Munere.</a>	
<a href="#">6.7. In Iovem.</a>	
<a href="#">6.8. Ad Marullum.</a>	
<a href="#">6.9. Ad Martiam.</a>	
<a href="#">6.10. Ad Albinum</a>	
<a href="#">Book 7</a>	Book 7
<a href="#">7.0. Ad lectorem</a>	
<a href="#">7.1. Ad lectorem</a>	
<a href="#">7.2. In Lectorem</a>	
<a href="#">7.3. De Puero.</a>	
<a href="#">7.4. Ad Martiam.</a>	
<a href="#">7.5. Non differendum.</a>	
<a href="#">7.6. Libertas.</a>	
<a href="#">7.7. De Martia.</a>	
<a href="#">7.8. Ad Maurum.</a>	
<a href="#">7.9. Ad Martiam.</a>	
<a href="#">7.10. Merdatio.</a>	
<a href="#">Book 8</a>	
<a href="#">8.0. Ad lectorem</a>	Book 8
<a href="#">8.1. Ad lectorem</a>	
<a href="#">8.2. De Puella</a>	
<a href="#">8.3. Ad Stephanum. A.</a>	
<a href="#">8.4. Gaudium.</a>	
<a href="#">8.5. Ad Musam.</a>	
<a href="#">8.6. Mihi ipsi.</a>	
<a href="#">8.7. Ad Antonium.</a>	
<a href="#">8.8. Ad Superos.</a>	
<a href="#">8.9. In Matronam.</a>	
<a href="#">8.10. In Eremitam.</a>	
<a href="#">Book 9</a>	
<a href="#">9.0. Ad lectorem</a>	Book 9
<a href="#">9.1. Ad Fortunam</a>	

	<a href="#">9.2. Ad Mentulam</a>	
	<a href="#">9.3. Ad Exoletum.</a>	
	<a href="#">9.4. Ad Turcum</a>	
	<a href="#">9.5. Inundatio</a>	
	<a href="#">9.6. In puerulum.</a>	
	<a href="#">9.7. De Natali.</a>	
	<a href="#">9.8. Ad Amicum</a>	
	<a href="#">9.9. Ad Lectorem</a>	
	<a href="#">9.10. De Matrona</a>	
	<a href="#">Book 10</a>	
	<a href="#">10.0. Ad lectorem</a>	
	<a href="#">10.1. Ad amicos</a>	Book 10
	<a href="#">10.2. De Gemellis.</a>	
	<a href="#">10.3. Ad superos</a>	
	<a href="#">10.4. Ad Franciscam. S.</a>	
	<a href="#">10.5. Ad Stephanum. A.</a>	
	<a href="#">10.6. Ad Salvectum.</a>	
	<a href="#">10.7. De Mundo.</a>	
	<a href="#">10.8. Venatio.</a>	
	<a href="#">10.9. Turco</a>	
	<a href="#">10.10. Ad Elegos.</a>	
	LIBER PRIMUS	
		Book 1
	1.0. Ad lectorem	
		1.0. To the Reader
1)	Lector si sapis haud legas libellum,	
2)	Sed vites, fugiasque respuasque,	Reader, if you have sense, don't read this small book at all,
3)	Ut pestem rabidam, gravemque morbum.	avoid it rather, and flee and rebuff it
4)	Sin: ne dixeris haud poeta dixit.	like a raging plague and a grave disease.
5)	Fies pessimus e bono, maloque	If not, you may not say: "The poet said nothing at all."
6)	Longe pessimus. hoc poeta dixit.	From good you will become very bad, and from bad
7)	Perstas tu tamen et videre curas.	by far the worst. This, the poet has said.
8)	Nosces quod facis, et quod ipse scripsi.	And yet you remain and take pains to see it.
		You will come to know what you are doing, and what I have written.
	1.1. Ad lectorem	
		1.1. To the reader
1)	Qui sua metiri novit bene tempora: vivet,	
2)	Et bene qui madidas concidit ante vias.	One who has learned to measure his own times well: let him live,

3)	Omnibus, ut spirant, dantur bene lintea ventis.	and he who has receded well before wet paths.
4)	Puppis in adversas non bene currit aquas.	To all winds, as they blow, sails are given well.
5)	Multa quidem facerem, quae me fecisse deceret,	The ship does not run well against adverse waves.
6)	Et non tentarem quae scio ferre notam.	I could do many things which it would be proper for me to have done,
7)	Quid magis arma canam, cum me leget arma canentem	and not attempt those I know bring notoriety.
8)	Nemo: nisi ludat, carmen ab aure cadit.	Why would I rather sing about arms, when no one will read me
9)	Blanda iuvant capiuntque animos. Quis sumit acetum,	singing about arms: unless one plays, the poem plops from the ear.
10)	Cum sibi misceri dulcia vina videt?	Charming things delight and captivate spirits. Who drinks vinegar,
11)	Se lambi mel dulce facit, fugiturque venenum.	when he sees sweet wines mixed for him?
12)	Blanditur miti voce vocata canis.	Sweet honey lends itself to be licked, poison is shunned.
13)	Ut se tempus habet, sic vitae est tempus agendum. #	A dog called by a gentle voice is charmed.
14)	Nunc sapere insani, non sapientis erit.	As the times are, so the time of life is to be lived.
15)	Sic inter stultos sapiens ridetur, ut alba	Nowadays, to be wise is for the insane not the wise.
16)	Si qua inter corvos visa columba fuit.	Thus, among fools, a wiseman is mocked, as a white
17)	Sint utcunque boni, veniant in verba, videbis	dove, if any has been seen among crows.
18)	Quod paedicandi sermo supremus erit.	No matter how good they may be, let them come into words, you will see
19)	Nil hodie appetitur, nisi quod iuvat, utile tantum	that in the end, their talk will be of bugging.
20)	Creditur, hoc animus quod cupit esse suum.	Nothing today is sought after, except what is pleasing, this only
21)	Quis modo vel Thebas, vel quis Carthagini arces	is thought useful: what the spirit craves to be its own.
22)	Scriberet, et quanto pulvere Troia iacet.	Who now would write of Thebes, or who the citadels of Carthage,
23)	Sit modo Virgilius, vel sit facundus Homerus:	and with how much dirt Troy lies.
24)	Nil nisi de culo quod loquerentur, erit.	Let there be a Vergil now, let there be an eloquent Homer,
25)	Omnibus est illud vitii. Qui non facit illud:	there will be nothing but the butt for them to discuss.
26)	Non habet. hoc habeo. tu quoque, Lector, habes.	That is the vice of all. Who does not do that,
27)	Tempora si current quo iam coepere tenere,	does not get by. I own this, you also, Reader, own it.

28)	Prostabit medias, heu puer ante vias.	If the times run in that course they've already begun,
29)	Ista per aestatem proavi fecere calentem.	a lad will prostitute himself, alas, in the middle of the road.
30)	Nostris non aestas, non satis est et hiems.	Such things our ancestors did in the sweltering summer.
31)	Ante mares teneros, hodie Polyphemon amarent.	For us the summer and even winter is not enough.
32)	Nec paediconi lana pilusque nocet.	Before they would love tender males, today, Polyphemus.
33)	Mosque velut tabulas fuit ante secare cynedos.	Neither hair nor down bother the sodomite.
34)	At nunc, o mores, nil nisi merda iuvat	It was the habit before to split catamites like planks.
35)	Unde meus satyras animus meditatatur, et ardet	And now, O mores, nothing but shit is pleasing,
36)	Haec mordere gravi facta nefanda pede.	whence my spirit meditates satires, and yearns
37)	Sed quantum invidiae misera cervice subirem?	to bite at these wicked deeds in a grave meter.
38)	Sint procul illa mei carmina causa mali,	But how much spite would I undergo with my wretched neck?
39)	Carior est omni pretio mihi vita, nec ulla est #	Those poems, cause of my woes, let them be far [from me],
40)	Res mihi quae suadet vile timere mori.	My life is dearer to me than all rewards, nor is there anything
41)	Longum est quod statui sine cura vivere, et omni,	that persuades me it is craven to fear dying.
42)	Et quocumque modo mens volet orbe frui.	A long time ago I decided to live without worry, and to enjoy
43)	Ulla pudicitiae non est reverentia. Longum est	on this earth in each and every way my mind wished.
44)	Quod fuit eiectus post mea terga pudor.	There is no respect for decency. It was long ago
		that tact was flung from my back.
	1.2. Ad lectorem	
1)	Quattuor, aut nimium si sit, tria, candide lector,	
2)	Fronte bona capias menteque verba velim.	
3)	Si non vera loquor, si ficta et more poetae,	
4)	Ultima lux oculis sit precor ista meis.	
5)	Sum bonus, et melior toto non vivit in orbe,	
6)	Et non est aliquis simpliciore fide.	
7)	Dilexi nullum quantum te diligo, tuque	
8)	Me pariter novi teque tuumque decus.	
9)	Sed te scripta movent nostri, malesana libelli,	

10)	Mirarisque uni succubuisse notae.	
11)	O quantum est auri, quantum est hyaspidis in te,	
12)	In te uno vere lucida gemma nitet.	
13)	Vera quidem sentis, nec quae sunt vera negabo.	
14)	Sed tamen admissa culpa vacare potest.	
15)	Si bene suspendis, trutina si ponis in aequa,	
16)	Cedere perspicies scripta proterva bonis.	
17)	Quinque decemve meo si sunt mala carmina libro,	
18)	Millia tot non sunt eiicienda bona.	
19)	Et lolium pingui tribulusque innascitur agro.	
20)	Fertilis urticas hortus habere solet. #	
21)	Et mora in dumis et dulcia pruna videmus,	
22)	Ferreque Paestanas dura rubeta rosas.	
23)	Adde quod a nigro posito nitet albius album.	
24)	Et magis a foedo stercore castor olet.	
25)	Plusque sub aestivo solet umbra placere calore,	
26)	Sub bruma solis plusque placere iubar.	
27)	Quid quod carminibus data lex est ista iocosis,	
28)	Ut multo ludat saucia musa mero.	
29)	Ebria quid dicat nescit, nullumque pudorem	
30)	Novit, ut effusis concita Baccha comis.	
31)	Quod loquitur, non est nisi cunnus, mentula, culus.	
32)	Inguina non ulla veste natesque tegit.	
33)	Et bene si prurit, bene si lascivit in omni	
34)	Carmine, qua debet lege fruatur opus.	
35)	Mollibus est elegis concessa licentia fandi,	
36)	Effari quicquid censor in urbe vetat.	
37)	Peccarem, si nulla foret lascivia linguae,	
38)	Et si non solita curreret arte liber.	
39)	Quod si peccavi, potui peccare, quod istos	
40)	Elegi paribus praeposuique modis.	
41)	Me miserum quali potui cantare cothurno,	
42)	Et quali potui bella tonare tuba.	
43)	Sed me tristis amor, me tristis cura coegit	
44)	Inter inaequales verba referre pedes.	
45)	Et me fata trahunt, et inertis temporis aetas,	
46)	Quae nihil eximii conspiciuique facit. #	
47)	Scilicet arma canam? Sed sum cantare paratus,	
48)	Si ranae et mures non graviora movent.	
49)	Est aliquid nasci laeto sub sydere, et illo	
50)	Tempore quo virtus gloria summa fuit.	
51)	In nummis est omnis honos et divite cultu.	
52)	Risus erit trita si Cato veste venit.	

53)	Pauper es, et nullus resonat tibi nummus in arca,	
54)	Pro re te vana pro fatuaque putant.	
55)	Utque vides, lector, poteris me scribere. Virtus	
56)	Haec mea per longam me facit ire famem.	
	1.3. Querela	
1)	Si quis fortunam, si quis mea fata videret,	
2)	Diceret ante omnes me graviora pati.	
3)	Ecquem vel tellus, ecquem vel senserat aether,	
4)	Plangere quem deceat, vel lachrymare magis?	
5)	Non valet aequari nostro dolor ullus et angor.	
6)	Et caret exemplo nostra ruina pari.	
7)	In me iurarunt superi Stygiique penates.	
8)	In me exercetur Styx, mare, terra, polus.	
9)	Quae venit ex merito patienter poena ferenda est:	
10)	In me non ulla est causa reperta mali.	
11)	Me scio Tantaleos superis superumque parenti	
12)	Ferre Lycaonios non meminisse cibos.	
13)	Non ego Thessalicos congessi ad sydera montes,	
14)	Ut traherem capti colla revincta Iovis.	
15)	Non ego Iunoni sceleratus furta paravi, #	
16)	E que mea non est facta noverca domo.	
17)	Non ego Latonae turbavi fuste liquores.	
18)	Non geminos natis postposuique deos.	
19)	Natorum nimium sors est mihi dira meorum.	
20)	Non est qui blando me vocet ore patrem.	
21)	Non sum Phoebeos ausus conscendere currus,	
22)	Ut timeat flammis axis uterque meas.	
23)	Non Cereale nemus memini violasse securi,	
24)	Non vidisse aliquam me sine veste deam.	
25)	Non me damnantem vidit tua sacra Cytheron,	
26)	Succidi vites non ego, Bacche, tuas.	
27)	Altaque ne tegeter me forsan arena timerem,	
28)	Ausus si Libycum sim temerare Iovem.	
29)	E tribus una Venus non est laudata, nec unquam	
30)	Iudice me Pallas Iunoque laesa fuit.	
31)	Praeberet, quamvis ventos non utre ligarim,	
32)	Maius Odysea nunc meus error opus.	
33)	Per me nata Iovis non vultus aegide textit.	
34)	Sanguine Bistonio si tegit, ora tegit.	
35)	Igne meo arserunt nunquam vel templa, vel aedes.	
36)	Nec solvi in magnos verba profana deos.	
37)	Nemo fuit lingua, nemo vel carmine laesus.	
38)	Nulla queri de me foemina virque potest.	

39)	Non meus hic animus cuiquam nocuisse paravit.	
40)	Nil fuit haec unquam mens operata mali.	
41)	Inde mihi prima, est et maxima cura deorum, #	
42)	Hinc, tacita immensos cogito mente deos.	
43)	Ante sacrum limen textas appono coronas.	
44)	Serta lapis per me sartaque quercus habet.	
45)	Thus quoque raro meum non est quod fumat in aris.	
46)	Talia libamus, qualia reddit ager.	
47)	Sit minor ille licet quam qui solet esse fenestris,	
48)	Non tamen immemorem me facit esse deum.	
49)	Et tamen usque adeo premor, et res nostra laborat,	
50)	Ut dura cogar saepe perire fame.	
51)	Ingerit usque aliquid nostrae fortuna ruinae.	
52)	Accedunt cumulis haec quoque damna meis.	
53)	Ecce velut segetem sciret superesse, catellam	
54)	Dicitur, heu catulos nunc peperisse decem.	
	1.4. De Martia	
1)	Caecus amor meus est, nec se bene temperat ardor	
2)	Flammaque non certo stat mea fixa pede:	
3)	Saepe meam laudo fortunam, saepeque damno,	
4)	Saepe miser cupio vivere, saepe mori.	
5)	Spes modo cum cecidit, rursus spes altera surgit.	
6)	Nunc ego laetitia, tristitiaque vehor.	
7)	Sic labat in ponto, sic ventis cedit utrisque,	
8)	Cum levis assueto pondere cymba caret.	
9)	Sic et se Boreae, Zephyro sic praebet, et Euro	
10)	Virga, nec aversa est, cum venit ille, Noto.	
11)	Si me turbato respexit Martia vultu,	
12)	Dispereo, et vitae nil superesse puto. #	
13)	Gaudeo, si gaudet: sum tristi tristior illa.	
14)	Rideo, si ridet. si flet, et ipse fleo.	
15)	Oscula cum iungit, cum me complectitur, ipsum	
16)	Tunc me maiorem non reor esse Iovem.	
17)	Cum mihi complexus, vel cum negat oscula, buxo	
18)	Tunc sum pallidior, turbidiorque freto.	
19)	Cum mala narratur, quamvis sit fabula mendax,	
20)	Qua me suspendam tunc ego quaero trabem.	
21)	Si quem respectat, vel si cui ridet, et ensem	
22)	Nunc facis (exclamo) per latus ire meum.	
23)	Quaelibet est omni lux et nox quaelibet anno	
24)	Longior. Insomnem noxque diesque videt.	
25)	Si cubo, non possum placidam sentire quietem,	
26)	In nulla possum parte iacere thori.	

27)	Fundo graves gemitus. Nunc hac nunc volvor et illac	
28)	Me miserum quamvis non dolor ullus agat.	
29)	Sed dolor aequari misero quis posset amori?	
30)	Non illo toto est maior in orbe dolor.	
	1.5. Ad Uxorem	
1)	Dii te disperdant, uxor malegrata marito,	
2)	Sarcina non humeris apta sedere meis.	
3)	Et tibi dematur non uno vita dolore.	
4)	Et mortis gravius sit tibi morte genus.	
5)	Quae mihi te Furiae taeda iunxere iugali?	
6)	Concinuit bubo quod mihi carmen avis?	
7)	Et satius fuerat flammis immittere tectis, #	
8)	Quam te, quae flammis deteriora facis.	
9)	Et dii te primo iugulassent limine, sponsa,	
10)	Offenso dederas cum mala signa pede.	
11)	Et bene tum poteras non respirare palato,	
12)	Cum fueras thalamo tu mihi pacta meo.	
13)	Tum potuit melius mea frangere guttura dextra,	
14)	Cum dare concoepit te mihi mente pater.	
15)	Si te cum peperit mater, tibi fila fuissent	
16)	Trunca, foret sub tot non mea vita malis.	
17)	Foemina Tartareo tu me generata baratro,	
18)	Tu me, tu media sub Styge nata petis?	
19)	Et modo me vinctum pacto, modo iure iugali	
20)	Dicis, et invitum credis habere virum.	
21)	Nil sapis, et stulta es, si me tu velle redire	
22)	Te viva et vita non abeunte putas.	
23)	Ante sua bellum concors cum pace manebit,	
24)	Cumque suo concors igne manebit aqua,	
25)	Quam redeam, quam me reducem tua tecta revisant,	
26)	Dum vitam duces, dumque superstes eris.	
27)	Ante velim media caput hoc immittere terra,	
28)	Pectoribus quam sint haec mea iuncta tuis.	
29)	Et prius emoriar quam quovis tempore fiant	
30)	Obvia luminibus lumina nostra tuis.	
31)	Te bene qui memorat, vult hic meus hostis haberi	
32)	Te male qui memorat vivere, vult ut amem.	
33)	Nuntiat ereptam si quis te rebus, habebit #	
34)	Quas mea secretas arca cohercet opes.	
35)	Illa dies nobis veluti genialis agetur.	
36)	Inter et albentes tunc erit illa dies.	
37)	Res mala, quid vivis? quid vivis, pessima rerum?	
38)	Quidve tua tardas frangere colla manu?	

39)	Pontia te melior, melior Medea reperta est.	
40)	Tuque veneficio vincis utramque tuo.	
41)	Tu quoque tres a me peperisti, foemina, natos.	
42)	Dic ubi sunt nati, pignora cara, mei.	
43)	Te Phoebus nollet, nollet te Luna videre.	
44)	Te visa vultu pallet uterque suo.	
45)	Praesentem matri, dum natam luget ademptam,	
46)	Dum luget natum, te decet esse patri.	
47)	Te decet in solis tractare cadavera bustis,	
48)	Deque sepulchretis ossa tenere sinu.	
49)	Si sapis, in lucem tentes prodire caveto.	
50)	Haec solet obscuris umbra vagare locis.	
51)	Sic ibat repetens, pomis deceptus et undis,	
52)	Tantaleam sicco Tantalus ore domum.	
53)	Et sic Herculeos Athamantheosque petebat	
54)	Tisiphone, misso crinibus angue sinus.	
55)	Exerces in me non una noxia culpa,	
56)	Non interposita pessima quaeque mora.	
57)	Haec tua cum loquitur de me male tincta veneno,	
58)	Apta foret natibus lingua sedere tuis.	
59)	Non satis est pro te profugum fugisse, domoque #	
60)	Cum dulci patria me caruisse mea.	
61)	Et modo me teneros pueros tu dicis amare,	
62)	Me modo nolle pati teque tuumque genus.	
63)	Mentiris. Vel si forsan sunt vera, tegenda	
64)	Illa forent. et tu publica voce facis.	
65)	Et modo succisum modo me male pene valere,	
66)	Et modo privatum testibus esse meis.	
67)	Si valeo, si sunt testes, si mentula tota,	
68)	Scis bene, non illud dissimulare potes.	
69)	Mente putas ad te sana me velle redire?	
70)	Ad te me sana mente redire putas?	
71)	Non res, non facies, non mos, non ulla venustas	
72)	Est in te, quae me cogat adire domum.	
73)	Interea si te stimulat vesana voluptas,	
74)	Et si non olidum quod petit ulcus habet,	
75)	Ardentem poteris torrem demergere cunno,	
76)	Qui tibi vermiculos tergat agatque foras.	
	1.6. Ad Martiam	
1)	Martia, si poteris, placido cape carmina vultu.	
2)	Si placidus non est, tu tamen illa cape.	
3)	Sumere non oberit, sed nec legisse nocebit.	
4)	Est aliquid, quod te forte iuvare potest.	

5)	Si non servasset, nunquam cecidisset in aula,	
6)	Caesar, post minimam verba legenda moram.	
7)	Quamvis hostis erat, quod tu, Menelae, dedisti,	
8)	Hoc Priamus legit, tuque quod ille dedit. #	
9)	Hostis erit nobis, si quem tibi feceris hostem.	
10)	Utque ego, qui te sic, non erit alter, amet.	
11)	Te patre teque tua longe plus diligo matre.	
12)	Plus tibi quam pater est, quam tibi mater, ero.	
13)	Crimine tu quamvis nulla religere cathena,	
14)	Sed si qua digna, es, te mea flamma liget.	
15)	Non pater Andromede, mater non ipsa ferebat	
16)	Auxilium externus, qui tulit, hospes erat.	
17)	Fors nimium felix soli tibi contigit uni,	
18)	Quae tuus assiduo fecit ut esse velim.	
19)	Perpetuumque iugum non haec mea colla recusant.	
20)	Me iuvat istius ferre laboris onus.	
21)	Sitque precor gratum, placeatque in tempore longo	
22)	Servitium sub te detineasque diu.	
23)	Pro te si mortes iubeas me mille subire,	
24)	Pro te me mortes mille subire parum est.	
25)	Mille mihi vitae si sint, tibi mille dedissem.	
26)	Pro te tam magna cuncta dedisse velim.	
27)	Si sit terra mihi, si sit mare, sydera si sint,	
28)	Protinus haec tua sint sydera, terra, mare.	
29)	Si placet, extenuer longo patienter amore,	
30)	Fiat: ut extenuer, te patienter amo.	
31)	Quodque pati flammis, quod me vis igne cremari:	
32)	Has patiar flammis, hoc et in igne cremer.	
33)	Et licet hic validus penetraverit ignis ad ossa,	
34)	Ardeat, et pereat tota medulla foco. #	
35)	Luce mihi gravior nox, et lux nocte videtur.	
36)	Sit mihi lux gravior, nox graviorque mihi.	
37)	Omnia perpetiar: solet haec patientia multis	
38)	Certa licet longo tempore vota dare.	
39)	Longa dies non est, non est haec serior hora,	
40)	Cum venit haec tandem, si modo laeta venit.	
41)	Laeta erit illa dies, erit et maturior hora,	
42)	Accipiet facilis cum mea vota deus.	
43)	O mea vota deus facili precor ebibat aure,	
44)	Arbitrio ut potiar te mea vita meo.	
45)	Quodque mihi placuit placeat tibi, sim tibi curae	
46)	Hoc quoque, quo stimolor, tu stimulare deo.	
47)	Cum mihi rescribes, scribas te digna, tuaeque	
48)	Convenient formae verba remissa mihi.	

	1.7. Tabellario	
1)	I celer, et perfer, iussorum fide minister	
2)	Ad dominam blandas veste tegente notas.	
3)	Temporaque apta legas: animo sit ut illa sereno,	
4)	Et vacet a curis, sitque remissa iocis.	
5)	Observa, medium ne sol transcenderit orbem,	
6)	Ne pluat, et ne sit nubibus atra dies,	
7)	Iuncta nec extenuet detexens cornua Phoebe,	
8)	Vel crescat, vel sit lumine plena suo.	
9)	Non tibi de triviis vox accipiatur iniqua,	
10)	Non obliqua malum concinat omen avis.	
11)	Cautus, ut ad limen perveneris, esse memento, #	
12)	Ne mala pes laesus limine signa ferat.	
13)	Inspice ne media compescant pallia portae,	
14)	Compago valvas cum cohit una duas.	
15)	Et tendas recta, nemo te tardet euntem,	
16)	Nemo vocet, nulli teque revolve retro.	
17)	Sisque hilaris, nil triste tuo sub corde volutes,	
18)	Inque bona non sit spes tua lenta fide.	
19)	Et modo dic tecum dominus sua vota tenebit,	
20)	Et desiderii dic modo compos erit.	
21)	Littera sit dextra, dextram quoque porrigat illa,	
22)	Curaque sit dextro licia dente secet.	
23)	Gemma stet in pedibus, servetque illaesa sigillum,	
24)	Et cave, dum reddis, ne, cadat illa manu.	
25)	Dispice quo vultu legat, et qua fronte tabellas	
26)	Nam frons et vultus pondera mentis habent.	
27)	Et si perlegit, si non satiata relegit,	
28)	Inque suo posuit postmodo fessa sinu.	
29)	Pectore si penitus lento suspiria traxit,	
30)	Inque supercilio si neque ruga fuit,	
31)	Si risit, si quid nutu cessura videtur,	
32)	Si tenet ut vinctas in mea iussa manus.	
33)	Tuque fave coeptis, et velis adiice remos,	
34)	Ut gemina currat per freta navis ope.	
35)	Te gemere, et toto videat pallescere vultu,	
36)	Et lachrymas plenis prosiliisse genis.	
37)	Cur facis haec quaeret, nam quaeret. ferrea non est. #	
38)	Utiliter poteris dicere multa brevi.	
39)	Ne me comperias vita cessisse timere,	
40)	Qua me posse neges se nisi dante frui.	
41)	Si dicet veniat, mora sit procul omnis adempta.	
42)	Curre, vola, media meque vocato via.	
43)	Si graphium sumet, ceras hortare capaces	

44)	Impleat, et nulla parte tabella vacet.	
45)	Quamvis Maeonio maius perararet utroque,	
46)	Non satis hoc oculos detinuisse querat.	
47)	Fessa tamen si sit, vel si breviora placebit	
48)	Scribere, sit satis hoc: Lente poeta, veni.	
49)	Hoc mihi si dabitur, Croesi ridebitur arca,	
50)	Despiciam superos, despiciamque Iovem.	
	1.8. Ad Marsum	
1)	Saepe veni Romam, scribis mihi, Marse. Venirem,	
2)	Si vellem ante meum fata subire diem.	
3)	Quae pateris me posse pati ne rere: pararem	
4)	Ipse prius manibus frangere colla, meis.	
5)	Ante canes saevaeque lupae mea viscera tractent,	
6)	Quam premar hac qua te conditione premis.	
7)	Sicne miser vivis? potes ista sorde subesse,	
8)	Fers oculis quod non pectore ferre potes?	
9)	Excute te tenebris, et te rationis egentem	
10)	Collige, et in quanta dispice nocte iaces.	
11)	Nescio qui valeas ista considerare terra,	
12)	Quae rerum serva est, cum caput ante fore. #	
13)	Qui ve vales istis te subdere, quo ve furore	
14)	Alecto movit sanguinolenta faces?	
15)	Quid tibi cum mulis, nemo cum tradat asellam?	
16)	Is pedes, et rupta pes tibi pelle fugit.	
17)	Dumque casam repetis culmo vel stramine tectam,	
18)	Sparsa luto et multo pulvere vestis erit.	
19)	Spe traheris. Vanum spes haec te reddet. ab istis	
20)	Nil unquam erades. nil didicere dare.	
21)	Officii meritique perit labor omnis, et unum	
22)	Non tamen invenies qui velit esse memor.	
23)	Utque canis deiectus eris, si longa senectus	
24)	Inficiet, nulla suscipiere domo.	
25)	Gratia diis, quod non omnis mihi pectore sensus	
26)	Decidit, et tantum mens mea corque sapit.	
27)	O ego quam fateor superis debere, quod istos	
28)	Errores animo non peperere meo.	
29)	Effuge, neve alios istuc trahe, linque nefandum	
30)	Et plenum vitiis criminibusque solum.	
31)	Effuge: nam superi si sint et numina, poenas	
32)	(Non longum est) scelerum terra profana dabit.	
33)	Aut ruet, aut campus subitarum fiet aquarum,	
34)	Aut fera delebit flamma furorque Iovis.	

	1.9. Ad Paulinum	1.9. To Paolino
1)	Convenit et laus est depellere crimina semper,	It is fitting and laudable always to repel crimes,
2)	Semper virtutes et benefacta sequi.	always to pursue virtues and good deeds.
3)	Qui vult se socium* cuiquam praebere malorum, #	Whoever wishes to offer himself to anyone of mischief as a companion,
4)	Vult etiam socii nomen habere sui.	wishes to have the name of his companion also for himself.
5)	Claudicat hic, quoniam cum quo commertia iunxit,	This [fellow] limps because someone he did business with
6)	Unus erat longus, pes brevis alter erat.	had one long foot, the other short.
7)	Saepe aliquem vidi, balbo quod iunctus adhaesit,	I have often seen someone that clung joined to a stutterer
8)	Non satis integrae vocis habere sonos.	not possess adequately the sounds of his whole voice.
9)	Saepe pecus totum vidi quod ovile peremit,	Often I have seen a sheep that killed the whole flock,
10)	Mille licet pecudes, haec licet una foret.	although there were a thousand sheep, although this one was alone.
11)	Saepe etiam laetis arbor pulcherrima pomis	Often too a teeming tree most beautiful with fruits
12)	Vicina vitio languida facta perit.	is ruined, having been made languid from a defect in its neighbor.
13)	Causa mei moris solus fuit ipse magister,	The cause of my habits was the one teacher himself,
14)	Cui pater et mater me malecauta dedit.	to whom my heedless mother and father gave me.
15)	Rex paediconum fuit hic, non unus ab huius,	He was the king of the pederasts: not one [student] escaped
16)	Effugit manibus, talis in arte fuit.	from his hands, he was so [skilled] in the art.
17)	Multa quidem didici, quae non didicisse iuaret.	In fact I learned many things, which it would have been nice not to have learned.
18)	Plurima per culum, multa per ora bibi.	Most were taken in through my ass, many through my mouth.
19)	Tu quoque quid non hunc vitas, Pauline, quid ipsum,	You too, Paolino, why don't you avoid him, why don't you
20)	Cum quo coniungis non latus ipse vides?	see the very one with whom you join your own hip.
21)	Et mecum dubito, simili ne sorde traharis,	And I wonder lest you are dragged into similar filth
22)	Namque solet semper par adamare parem.	for it is typical that like always falls in love with like.
23)	Non bona narrari de te iam fabula coepit.	A tale not good already begins to be told about you.

24)	Per sua te populus plurimus ora terit.	Many people grind you down with their mouths.
25)	Iamque cani poteris longam succidere caudam,	And you could already cut off the long tail of a dog,
26)	Prima novo non haec nomine fama cadet.	this first reputation will not end with a new name.
27)	Et nisi tu sapias, nisi te revocabis ab isto,	If you won't wise up, if you don't call yourself back from him,
28)	Non aqua te poterit tota lavare maris.	all the water of the sea will not be able to wash you.
29)	Hic a gallina subduceret ova fovente. #	This [fellow] would steal away eggs from a brooding hen.
30)	Hic soleas vigili surriperetque pedi.	He would snatch away the sandals from a vigilant foot.
31)	Si paedico tenet puerum complexibus arctis,	If a pederast holds a boy in his tight embrace,
32)	Qua puer hic artem subtraheretur habet.	this fellow has the skill with which the boy will be pulled out from under him.
33)	Sicque manum cohibet, sic linguam: victus ut esses,	He holds back his hand thus, thus his tongue, so that you would be outdone,
34)	Hermogenes, furto, Batteque, fraude tua.	Hermogenes, in theft, and you, Battus, with your fraud.
35)	Nuper in orchestra spectator forte sedebam.	Just now by chance I was a spectator at the theater,
36)	Surripuit natibus molle sedile meis.	he snatched away the soft cushion from under my buttocks.
37)	Non puerum tetigit, puero non verba locutus,	He did not touch the boy, did not speak any words to the boy,
38)	Non vidit: brachas attamen ille tulit.	he didn't see [him], but still he took off the boy's britches.
39)	Huius avus fracta, pater huius fauce pependit.	His grandfather, his father hanged with a broken neck:
40)	Non aliter vitam finiet iste suam.	this fellow will not finish his life differently.
41)	Te quoque (ne dubita) similis iam poena manebit.	Now a similar punishment will await you too, have no doubt.
42)	Respice si collo funis et uncus inest.	Look to see if the cord and the hook are at your neck.
43)	Non assis mea dicta facis. tibi dicitur illud	You don't value my words a farthing. This is said of you:
44)	Nemo datam pecudem subtrahet ore lupi.	No one removes a lost* sheep from the mouth of a wolf.
	1.10. Querela	1.10. Complaint
1)	Dicitur, et verum est: si vis moriatur amator,	

2)	Dic te venturam, nec tamen ipsa veni.	
3)	Et verum est: decies cecidit licet ille retentis	
4)	Cassibus, in casses (tu modo tende) cadet.	
5)	Dicitur, et verum est: bene tum retinebis amantem,	
6)	Cum facies mortes mille subire die.	
7)	Et verum est, solo risu revocabis amorem,	
8)	Si iurat nullo tempore amare magis.	
9)	Quoque magis fugies, tanto magis ille sequetur.	
10)	In vetitum semper nititur omnis amor. #	
11)	Colla semel si quis curvo summisit aratro,	
12)	Non poterit tunc, cum pressa levare volet.	
13)	Sponte prius cessi flammae subitoque furori.	
14)	Nunc tamen invitum flamma furorque tenet.	
15)	Serpit amor, tacitusque subit, primoque videtur	
16)	Res blanda et dulci mella datura ioco.	
17)	Ast ubi radices mediis haesere medullis,	
18)	Fit furor, et langor [sic], sollicitusque metus.	
19)	Et dubiam didicit spem commiscere dolori,	
20)	Namque amor in medio est pectore dulce malum.	
21)	Nascitur e luxu, viridis complectitur aetas,	
22)	Fortunae parcunt desidiosa bona.	
23)	Si nutrire sinu quisquam desistit, abibit,	
24)	Cumque arcu et telis quassa pharetra cadet.	
25)	Ipse parum prudens sero mea vulnera tento	
26)	Curare, et moriens quaero medentis opem.	
27)	Saepe malum primo quod non laetale videtur.	
28)	Postmodo neglectum fata suprema dedit.	
29)	Saepe fit e minima scintilla maximus ignis.	
30)	E minima pontus saepe creatur aqua.	
31)	Principio obstandum est, ne vis mala tempore crescat.	
32)	Saepe aliquid poteris, quod mora posse negat.	
33)	Principio medicina iuvat: nil sera iuvabit.	
34)	Stultum est in mediis te reparate malis.	
35)	Me miserum, quanta flamma comburor, et igne.	
36)	Me miserum, quantus pectora versat amor. #	
37)	Me gravior nemo, nemo crudelius arsit,	
38)	Qui sic tabuerit nullus in orbe fuit.	
39)	Extenuor, nullusque diu cibus ora, nec unda	
40)	Tangit, nec possunt membra iacere thoro.	
41)	Omnia sed paterer, quamvis feros urgeat ardor,	
42)	Et plus quam liceat me meus ignis agat,	
43)	Si quae diligitur non sic rideret amores,	
44)	Nec sic exitium quaereret usque meum.	
45)	Callida subducit faciem, vel fingit abire.	
46)	Ad se veloci cum videt ire pede.	

47)	Tum magis inflammor, miscetur et ira furori.	
48)	Accendant geminas ira furorque faces.	
49)	Mente cado, dubiaeque labant dispendia vitae.	
50)	Sydera cum terris mixta videre velim.	
51)	Languesco interdum, rursus curroque voloque,	
52)	Nulla potest celeres terra tenere pedes.	
53)	Saepe etiam iuro totiens despectus amorem	
54)	Vincere, et ardori vela negare meo.	
55)	Illa tamen fallax renovat mea vulnera risu.	
56)	Cum ridet, credo tunc in amore mori.	
57)	Semper me fallit, semper me ludit amantem,	
58)	In laqueos semper quos locat illa cado.	
59)	Et mihi nunc rursus promisit. credere stultum est,	
60)	Et tamen expecto: si venit. Ecce venit.	
	LIBER SECUNDUS	
	2.0. Euchole.	
1)	Si fas est faciles habere divos,	
2)	Hoc unum mihi posco: ne libellus	
3)	Hic tristi meus a viro legatur:	
4)	Mento pectora qui terit, soloque	
5)	Figit lumina, reiicitque collum	
6)	Alternae scapulae, legat Platonem,	
7)	Sed cum non oculos habere plures	
8)	Coelo cogitat, et videre stellam.	
	2.1. Querela	
1)	Si vires animo similes mihi forte darentur	
2)	Utque mihi cupio sic mea vota forent:	
3)	Quem non Mecenas nec vidit Roma: poetam	
4)	Me faceres, faceret se mihi nemo parem.	
5)	Non se Virgilius, non se praeferret Homerus,	
6)	Ingenio vinci fassus uterque meo.	
7)	Quicumque est animo liber curisque solutus,	
8)	Cantet, et aeterno carmine condat opus.	
9)	Pluribus implicitus nulli bene servit. In una	
10)	Qui valet, ingemina non valet ire via.	
11)	Hic ubi nunc sedeo, non tu potes ipse sedere.	
12)	Hic ubi pes meus est, non tuus esse potest.	
13)	Me mille impediunt curae, me mille labores.	
14)	Et requies animo non datur ulla meo. #	
15)	Quae patior, si nota forent mala, quisque probaret	

16)	Nil respirandi temporis esse mihi.	
17)	Non bene cum superis actum est mihi. Natus iniqua	
18)	Sorte fui, spero nec meliore mori.	
19)	Credam fortunae? quae tum se vertet in axe,	
20)	Cum sciet e vita me cecidisse mea.	
21)	Quid tamen exspectem? qui me canumque senemque	
22)	Sarcophago video deposuisse pedes?	
23)	Eveniat quodcunque velit, scio sero venire,	
24)	Sive malum, seu, quod non puto, forte bonum.	
25)	Otia da iuveni, qui viribus ardet et annis,	
26)	Et bona sint illi, sint mala multa seni.	
27)	Et bene fit, si quis permixtis sputa lapillis	
28)	Mittit in hunc, et non cessat adire caput.	
29)	Quo recidi? vanos male dum disponimus annos,	
30)	Irrepsit tacito curva senecta pede.	
31)	Poenitet, et dolor est bene non vixisse, velinque	
32)	Ad primos rursus posse redire dies.	
33)	Phasidos elixis aries longaevus in herbis	
34)	Mersus erat: mediis exilit agnus aquis.	
35)	Exhaustos succus supplevit ut Aesonis artus,	
36)	Protinus antiquos exuit ille dies.	
37)	Vana loquor. Vanum est quicquid reparabile non est,	
38)	Sperare, et vanis rebus habere fidem.	
39)	Quid faciam? Durum est mihi vivere. Durius esset	
40)	Velle mori. infelix sors mea sorte sua est. #	
41)	Gaudebit nemo, nemo tristabitur unquam,	
42)	Nemo mea vita, morteque nemo mea.	
43)	Si morior, si vivo, meum est. Et dicitur illud	
44)	Turpe sibi soli vivere, turpe mori.	
	2.2 Ad Deos	
1)	Dii (precor), in melius saevum convertite tempus,	
2)	Et facite has pluvias sistat ut Iris aquas,	
3)	Si non obliti rerum sortisque futurae	
4)	Nunc orbem rursus perdere vultis aqua.	
5)	Officium longo non posco tempore. Parva	
6)	Officio satis est si vacat hora meo.	
7)	In mea ne veniat dilectum sydus amoris	
8)	Brachia, nimbosum tempus obesse queror.	
9)	Ne sedeat gremio, ne dulcia basia carpam,	
10)	Tempus obest pluvium, tristeque tardat iter.	
11)	Dum venit hic ad me, superi, removebitis undas.	
12)	Ad me cum venit, tum gravis unda cadat.	
13)	Quid precor infelix? multo truculentior urget	

14)	Auster, et ex omni parte madescit humus.	
15)	Et sic e coelo nimbi funduntur et imbres,	
16)	Ut mea non possint tangere vota deos.	
17)	Sed modo quid tonuit discussis nubibus aether?	
18)	Quid modo concutitur, quassaque terra tremit?	
19)	Vota pios tetigere deos, tetigere Tonantem,	
20)	Incassumque meae non cecidere preces.	
21)	Effugere graves nubes. effugit aquosum #	
22)	Tempus, et in toto Cynthus orbe nitet.	
23)	Tandem venit amor, tandem iacet ecce lacertis,	
24)	Lascivitque iocis blanditiisque suis.	
25)	Nunc sine fine meum complector laetus amorem,	
26)	Quaeque columba solet basia ferre, damus.	
27)	Corpore coniuncti pariter requievimus ambo.	
28)	Quid feci, insanae dicere mentis erit.	
	2.3. Ad Tullum	
1)	Unde genus nomenque traham, patriamque requiris,	
2)	Quamque mihi primam fata dedere diem.	
3)	Quod petis, haud valeam si possum, Tulle, negare.	
4)	Sed neque si possem, Tulle, negare velim.	
5)	Asculum in extrema patria est mihi valle Truenti	
6)	Hirsuta, atque humili terra superba loco.	
7)	Mars pater est urbis. picus vexilla tuetur.	
8)	Gens fera nil ullo tempore pacis habet.	
9)	Finitimos bello populos urbesque subegit,	
10)	Et quae in Picenis bos arat arva iugis.	
11)	Ecce domat cunctas Romana potentia terras.	
12)	Unius imperio subditus orbis erat.	
13)	Erigit haec cristas, socialiaque excitat arma,	
14)	Obside non uno datque capitque fidem.	
15)	Advolat accensus subita Servilius ira,	
16)	Sumptaque dum tumidus corripit arma, cadit.	
17)	Mox etiam blandis dum miscet fortia dictis,	
18)	Fontei iacuit per loca mille lacer. #	
19)	Nil illo levius populo est qui sumpserat arma	
20)	Concors, concordi non tenet arma manu.	
21)	Ad trepidam ecce parens it Iudacilius urbem,	
22)	Dat lentos laeto, desidiamque premit.	
23)	Inter convivas rigido bibit ore venenum,	
24)	Nec timet ardentem fortis adire pyram.	
25)	Pompeius iam castra locat, iam pontibus urget.	
26)	In vanum non hirte tela nec inde cadunt.	
27)	Hostibus immixtus populus fugit. Urbe recepta	

28)	Pompeius potitur. victaque turba cadit.	
29)	Heu cave, Pompei, gladio ne concidat isto	
30)	Ventidius: Crassi sanguinis ultor erit.	
31)	Huic plus quam credis debebit maxima Roma.	
32)	Desinet et mulas iste fricare suas.	
33)	Hic est qui debet Parthos frenare triumpho,	
34)	Subdereque Arsacidum regia colla iugo.	
35)	Pompeius, Crassus, Caesar diviserat orbem.	
36)	Et fuerat dominis subdita Roma tribus.	
37)	Bella parat Crassus Parthis et foedera solvit,	
38)	Et nihil, ardenti torre tribunus agit.	
39)	Non nati, casusque suus, non omina vocis	
40)	Terrent, cum pontis crura remisit aquis.	
41)	Per deserta vagum campi trahit Acbarus illum,	
42)	Quo didicit melius nemo locare dolos.	
43)	En subito horrendi sonitus circum undique surgunt,	
44)	Densior et tetro nube sagitta volat. #	
45)	Parva mora est. acies cecidit Romana, caputque	
46)	Dum fugit a Crasso, murmura certa dedit.	
47)	Advolat in Parthos raptis Antonius, armis,	
48)	Opponitque acies, saevaue bella movet.	
49)	Fulvia sed lachrymis revocat precibusque maritum,	
50)	Et tantum avertit foemina sola virum.	
51)	Postmodo Ventidius domino succedit et armis,	
52)	Inque hoc quid possint fata, videre licet.	
53)	Caesaris interea genium dum Antonius horret,	
54)	Tranat in Aegyptum, regnaue tuta petit,	
55)	Ille caput sacrae sertis praecingit olivae,	
56)	Et de clepsydra vas prius haurit aquae.	
57)	Ille fuit Parthis dolor ultimus, inque sepulchro	
58)	Errantem Crassum condidit ille suo.	
59)	Iamque acies steterant, praetentaue tela rigebant.	
60)	Iam tuba dat signum, iam movet arma furor.	
61)	Ventidius primos incursus sustinet inde	
62)	Se clepit, et tacita fingit abire fuga.	
63)	Iamque hostes vicisse putant, lateque palantes	
64)	Errabant, laetis nec modus ullus erat.	
65)	Tum max incautos valida premit ille cohorte.	
66)	Hi fugiunt. Ast hic agmina versa metit.	
67)	In latebras Labienus abit, trepidusque Phraartes.	
68)	Postmodo conciderat vulnere uterque pari.	
69)	Praebuerat vanas falsis rumoribus aures,	
70)	Ventidii Pacorus castraque victor adit. #	
71)	Ille suas solvit turmas, hostesque furentes	
72)	Proterit, et medias verberat ense greges.	

73)	Cum duce disiecti Parthi ceduntur ad unum,	
74)	Ne possit tanti nuntius esse mali.	
75)	Cum pater extinctum natum cognovit Horodes,	
76)	Deperit, insano mensque dolore cadit.	
77)	Ille triumphali curru sublimis in urbem	
78)	Arctoi rediit primus ab axe poli.	
79)	Tum potuit soli princeps sibi subdere Romam,	
80)	Tum rapere e manibus tela trisulca Iovis.	
81)	Hic avus, hic nostri memoratur sanguinis autor,	
82)	Signaque sunt veri, quod fricat usque domus.	textual variant
83)	Quae mihi prima dies, cur sint mihi nomina pacis,	
84)	(Expecta) dicam: sed tamen ante bibam.	
	2.4. De Hippolyta	
1)	Quid totiens lascivit amor, quid vexat acerba	
2)	Me face, quid vita non sinit esse mea?	
3)	An, quia sum facilis, quia non mandata recuso,	
4)	Hic in me totiens aurea tela iacit?	
5)	Mille ego sum passus flammam et mille furores.	
6)	Nec (puto) quod patior: finis amoris erit.	
7)	Et nunquam tales sensi sub corde favillas.	
8)	Nescio quid maius nunc novus ignis habet.	
9)	Ut radiis Phoebi glacies resoluta coruscis,	
10)	Labor, et ut nimium cera propinqua foco.	
11)	Non, quae diligitur, caput ad mea verba revolvit. #	
12)	Non haec blanditias, non capit aure preces.	
13)	Pan, tua sic risit, sic te tua, Phoebe, puella.	
14)	Laurea sed tamen haec, canna fit illa levis.	
15)	Sic et Anaxarete scelerata fugaverat Hyphin.	
16)	Fit lapis haec, guttur postibus ille ligat.	
17)	Non aliter cunctos Pomona reliquit amantes,	
18)	Hei mihi, Vertumno contigit illa deo.	
19)	Sim (precor) ut felix fuit inter mille furentes,	
20)	Inter rivales sic ego mille meos.	
21)	Sed mihi nil fraudes prosunt, nil verba dedisse, #	
22)	Et nil cum multa proficit arte dolus.	
23)	Ingeniosa meos didicit bene fallere casses.	
24)	Retia si tendo subdola, cauta fugit.	
25)	Omnia tentavi. sed cum tamen omnia tento,	
26)	Incassum vanae deperit artis opus.	
27)	Hanc mea non flectunt, si flectunt munera divos.	
28)	Nil valere preces, carmina, dona, doli.	
29)	Quid faciam ignoro. sed iam, quod saeva placebit,	
30)	Efficiam. fiat: quod tibi saeva placet.	

31)	Sed precor hoc tantum celetur carmen in urna,	
32)	Et tantum paucis scripta sepulchra notis.	
33)	Pacificus iacet hic. genus est hoc mortis. amavit	
34)	Hippolytam. causas haec dedit. ille manus.	
	2.5. Querela	
1)	Non ullos mollire deos, precibusque rogare	
2)	Stat certum, votis nec dare liba piis.	
3)	Quid possunt? metus omnis abest. spes omnis adempta est.	
4)	Mens mea laetitia corque timore caret.	
5)	Consumpsitque suas vires fortuna nocendo.	
6)	Vicerunt omnes et mala nostra metus.	
7)	Non habeo, superi mihi si saevire pararent,	
8)	Quo noceant, et quo fulmina missa cadant.	
9)	Si tonat et mixti funduntur grandine nimbi,	
10)	Villa mihi non est, frugiferumve solum.	
11)	Si mare vexatur, nostris caret unda carinis.	
12)	Si venti perflant, non mea silva cadet.	
13)	Non caprum mea vina timent. satis haustus aquarum est.	
14)	Si miles fervet, bos mihi nullus arat.	
15)	Sive casas saevus <b>conductas</b> occupat ignis,	
16)	Inveniet nullas quas cremet ignis opes.	
17)	Si fur nocturnus portarum claustra resolvit,	
18)	Libera divitiis non timet arca manus.	
19)	Si pestis gravis ira deum sua tela ministrat,	
20)	Non mea, quae possint laedere, tela petent.	
21)	Omnia conciderant. pater, et mihi mater adempta est,	
22)	Cum mihi iuncta tribus messibus una foret.	
23)	Unus erat frater dulcis, soror una superstes.	
24)	Marte cadit frater, febre repente soror.	
25)	Me sibi connubio iunxit nova nupta maritum,	
26)	Cum tener impleram vix duo lustra puer.	
27)	Sed tandem illa meo cecidit despecta cubili,	
28)	Tresque tulit natos, quos dedit ipsa rogo. #	
29)	Quo mea protrahitur vivax atque orba senectus,	
30)	Invisum terris coelitibusque caput.	
31)	Quid tardas sorbere, solum? non, terra, dehiscis?	
32)	Missaque quid nulla fulmina parte tonant?	
33)	Si restat ferrum, ferro moriemur adacto.	
34)	Ignе utar, si non ignis ademptus erit.	
35)	Sub trabe sublimi tristis vel guttura frangam.	
36)	Aut alta toto corpore mergar aqua.	

37)	Mille aditus mortis mortem cupientibus adsunt.	
38)	Vivere mors misero est, solaque vita mori.	
39)	Iam mea, ne longis subtexam verba querelis,	
40)	Unda, igni, ferro, vel trabe vita cadet.	
	2.6. De morte Hippolyti	
1)	Hippolyte, infausti pignus miserabile patris,	
2)	Occidis, effoetum destituisque senem?	
3)	Hippolyte, extremae spes sola et cura senectae,	
4)	Occidis? Est odio te sine vita mihi.	
5)	Nonne malis tantis et tot corrumperis? haeres,	
6)	Vanus ab hoc necdum spiritus ore fugis?	
7)	Pectora quid scindi cessatis nostra dolore?	
8)	Pectora quid cessas scindere nostra dolor?	
9)	Qui gemitus luctusque mihi, quae verba querelis	
10)	Permixa in tantis sufficientque malis?	
11)	Quas lachrymas vocesque dabo? quae pectora tundam?	
12)	Quas rigido gelidas ungue secabo genas?	
13)	Nate, tibi ferio claro plangore lacertos. #	
14)	Nate, tibi rumpo dilaceroque comas.	
15)	Hei mihi, quod frustra clamo, nec verba remittis,	
16)	Hei mihi, quod tepida non relevaris aqua.	
17)	Claudere debueras extincto lumina patri	
18)	Supremaque vale dicere voce, pater.	
19)	Claudere, nate, tuos cogor nunc orbus ocellos,	
20)	Et voce extrema dicere: Nate, vale.	
21)	Tu mihi, si quando tristis mea tecta petebam,	
22)	Tristitiae subito dulce levamen eras.	
23)	Multa licet fuerim passus mala, nulla, putabam,	
24)	Tantum laetitiae tu mihi, nate, dabas.	
25)	E quocumque loco redeo nunc moestus. at illa	
26)	Non relevat moestum nunc velut ante domus.	
27)	Dant fora, dant campi, dant publica iura dolorem.	
28)	Cum video infantes, plaga novata mea est.	
29)	Nondum bis quinis iunxisti messibus annum,	
30)	Et tibi detruncant invida fata diem.	
31)	A te spesque tua fuit a consorte nepotum,	
32)	Quae mihi turba suo basia ferret avo.	
33)	Esseque debueras nostri successor et haeres.	
34)	Nunc tibi devotas alter habebit opes.	
35)	Maxima cum titulis per te nunc alta iacebit,	The lofty house of the Massimi
36)	Per te quae poterat clarior esse domus.	
37)	Ultimus hic in te finit dolor. Invida, quid me	
38)	Vivacem, sinitis vivere, fata, senem?	

39)	Cui, superi, miserum poenae servatis? an ulla #	
40)	Hac maior qua nunc torqueor esse potest?	
41)	Quid restat quo me possitis laedere? mater	
42)	Buccia iam cecidit, iamque Chyralla pater.	
43)	Non avus aut avia est, matertera nulla, nec uxor,	
44)	Et nullus frater, nullaque cara soror.	
45)	Nil in quo possit fortuna nocere, reliquit.	
46)	Missa in me frustra tela secunda cadent.	
47)	Deme mihi vitam. vita est pro munere dempta.	
48)	Gratia sit vitae reddita nulla deis.	
49)	Ille tamen vivet vita meliore. sepulchrum	
50)	Carmine caelabo. carmine vivus erit.	
51)	Hippolytus iacet hic. duo vixit lustra. fuitque	
52)	Unica Pacifici cura dolorque patris.	
	2.7. Ad Ptolemaeum	
1)	Si fueras, Ptolemaee, meus, tuus ipse, quid obstat,	
2)	Nunc quoque quod non es tu meus, ipse tuus?	
3)	Iamque bonus fueras. nunc es tamen optimus. unde	
4)	Optimus es non nunc, ut meus ante bonus?	
5)	Ante minor, nunc est maior tibi gratia. cur non	
6)	Est mea nunc maior gratia, ut ante minor.	
7)	Difficilis fueras aliis, mihi mitis. es unde	
8)	Mitis nunc aliis, difficilisque mihi?	
9)	Mirabar quare tantum pietatis haberes.	
10)	Nunc miror quare nil pietatis habes.	
11)	Hei mihi, quot miseris spes invidiosa fuisti.	
12)	Spes tamen haec illis non nisi vana fuit. #	
13)	Verane fata deum? vere sunt omnia vera.	
14)	Sub coelo aeternum nil statuere dei.	
15)	Vertitur assiduo, minima nec perstat in hora	
16)	Mundus, et in stabili non manet axe polus.	
17)	Nunc lustrat terras, nunc sol descendit ad umbras.	
18)	Clara dies noctem, nox sequiturque diem.	
19)	Sors etiam refugit, cito ne deprendis, abivit,	
20)	Sistere non didicit nec revocare pedes.	
21)	Me miserum, quod non quondam mea tempora novi.	
22)	Nunc dare tu non vis sponte quod ante dabas.	
23)	Saepe ego praelatam cum nollet asellus asellam	
24)	Vidi, quod frustra post petit, illa negat.	
25)	Est resecanda seges, cum campus canet aristis:	
26)	Nil in nudato postmodo falce metes.	
27)	Quae nunc poma gerit gravidis pendentia ramis,	
28)	Postmodo nuda suis fructibus arbor erit.	

29)	O quotiens illic, ubi fons uberrimus undis	
30)	Erupit, pulvis, non aqua lecta fuit.	
31)	Saepe, ubi constiterat tellus, mare nascitur ingens.	
32)	Saepe etiam tellus hic ubi pontus erat.	
33)	Quantum aetas annique valent. mutatus ab illo es,	
34)	Nil primi moris mos habet iste tuus.	
35)	Tempora fecerunt crudelem, et tempora mitem.	
36)	Crudelis nunc es, qui modo mitis eras.	
37)	Ast ego semper amo. nulloque extinguitur ignis	
38)	Tempore. decrescit non mea flamma mora. #	
39)	Uror, et igne cremor maiori, flamma medullas	
40)	Maior agit, maior corde sagitta sedet.	
41)	Crevit amor, quantum crevit tua forma, non unquam	
42)	Decrescet, stabit dum mea vita mihi.	
43)	Et prius emoriar, tenuesque resolver in auras,	
44)	Quam te de nostro pectore cura cadat.	
45)	Fortis amor meus est, nec tempore deficit ullo.	
46)	Non me mutaret fulmen et ira Iovis.	
47)	Et tu, crudelis, nulla pietate moveris.	
48)	Improbis in tanto quid facis igne, mori?	
49)	Quid tua deceptus sinis alter ut ubera sugat?	
50)	Inque tuam messem quid sinis alter eat?	
51)	Iam tibi servantur quascunque, ingrata, paravi,	
52)	Et nisi tu nostras nullus habebit opes.	
53)	Illa etiam maior multo est mea mentula: septem	
54)	Tunc habuit digitos, nunc habet illa decem.	
	2.8. Ad Lectorem	
1)	Pacificum mater me cur enixa vocavit,	
2)	Quaque die peperit, si legis ista, scies.	
3)	Non mihi nascenti paritur aequae addita matri	
4)	Pluma. fuit mollis gramen et herba thorus.	
5)	Et quamvis bellis Mavors saeviret et armis,	
6)	Per fera Pacificus bella, per arma vocor.	
7)	Asculum, ab insano nunquam requieta tumultu,	
8)	In sancta statuit pace tenere viros.	
9)	Et quamvis strictus cives armaverit ensis, #	
10)	Ense procul iacto continuere manus.	
11)	Oscula confundunt, iunctisque amplexibus haerent.	
12)	Implentur lachrymis parte ab utraque genae.	
13)	Inque vicem parcunt culpamque et crimina damnant,	
14)	Et qui fabrili duxerat arma manu.	
15)	Pro nato mater salvo, pro coniuge coniux	
16)	Imponunt sacris thura Sabaea focis.	

17)	Festa dies agitur. tristis non unus in urbe	
18)	Est locus. ex omni gaudia parte sonant.	
19)	Gaudia dum resonant, repetit perculsa furorem,	
20)	Et quae turba modo iecerat, arma capit.	
21)	In telum telum furit, et furit ensis in ense.	
22)	Funditur hinc illinc multus utrimque cruor.	
23)	Oraque sub pedibus calcant, quibus ante dedere	
24)	Oscula, et amplexu quos tenuere terunt.	
25)	Una sed inclinat pars, et fera vulnera tergo	
26)	Excipit. in faciem plurima turba cadit.	
27)	Se tegit ingenti clypeo, tardatque recedens	
28)	Incursus animo deficiente pater,	
29)	Seque domo recipit, postesque et limina firmat.	
30)	Hinc populus, pater hinc, solaque mater erat.	
31)	Iamque dies ierat, noctisque reliquerat umbram.	
32)	Non cessat, fervet sed magis usque furor.	
33)	Fundamenta domus parat hic evertere ferro,	
34)	Cum domino parat hic tecta cremare face.	
35)	Dumque faces saevosque ignes ferrumque ministrant, #	
36)	Labuntur taciti fune iuvante domo.	
37)	Inde urbe egressi, ripas et fluminis undas	
38)	Transcendunt, fugiunt qua via nulla fuit.	
39)	Sed tardus laesa spina pater ibat. at illa,	
40)	Tardior, et gressu non erat aequa viro,	
41)	Cornua iam novies toto contexerat orbe	
42)	Luna, tamen gravidi pondera ventris eram.	
43)	Ad rivum postquam ventum est, quo Murrus ab urbe	
44)	Enumerat lapidem plusve minusve quater,	
45)	Subsedit non certa sui: se tollere terra,	
46)	Pondere sive uteri, sive timore nequit.	
47)	Fugerit ante licet pando longaevus asello,	
48)	Non qua constituit parte Marinus erat.	
49)	Dumque meus pater hunc patrem sibi quaerit ademptum,	
50)	Invenit, a rapidis ora resecta lupis.	
51)	Sicut erat, bibulae moestus mandavit harenae,	
52)	Et male congesta contumulavit humo.	
53)	Hinc rivo aeternum mansit per saecula nomen,	
54)	Deque mei servat nomine nomen avi.	
55)	Iam coelo exoriens stellas Aurora fugavit,	
56)	Phoebus et Eos curribus egit equos.	
57)	Clamabat mater. dextra pater ora premebat:	
58)	Non valet ad partus illa vocare deos.	
59)	Me parit, et ne quis veniat vagatus in auras,	

60)	Provida, compositis frondibus ora tegit.	
61)	Illa fuit nobis similis tibi, Romule, quamvis #	
62)	Te defecta creet, me licet orta dies.	
63)	Et quoniam simili iacuisse sub arbore fertur,	
64)	Pacifico nomen suspicor esse mihi.	
65)	Vel quia panticibus laxis mea pectora pendent,	
66)	Vel quia non passus perdere voce fugam.	
67)	Vel quod vana fuit pax et data dextera dextrae,	
68)	Vel quod sub fida pace tulere necem.	
69)	Aut, cum victori fuerint contraria paci	
70)	Nomina, voce pater me meliore vocat.	
71)	Aut certe falso subtexit nomine nomen,	
72)	Aut voluit fatis omina certa dare.	
73)	Vel quod me pathicum fecit Natura, vel uno	
74)	Quod non stat sensus mente labante loco.	
75)	An quoniam patior ficos? nam plurimus ille	
76)	A culi morbus prominet ore mei?	
77)	Seu quia potiticus (poto bene) sive momordi	
78)	Os oriens, ficum maxima turba vocat.	
79)	Tendimus in Camplum, sed quo post mille labores	
80)	Venimus, et fessis portus et aura fuit.	
81)	Ardua depressis mihi si conferre licebit,	
82)	Si nec erit magnis iungere parva pudor,	
83)	Sic iam, Cyre, tibi silva est blandita, tibi que,	
84)	Romule, diffusis rumula lata comis.	
85)	Sic gratum Aeneae, Latium, sic mota profundo	
86)	Delos Latonae, sic fuit Ida Iovi.	
87)	Dum Campi castrique novi Ripaeque Nocellae #	
88)	Stabunt, illius semper amator ero.	
89)	Immemor accepti non ullo tempore fiam,	
90)	Pro quo me vitas ponere mille leve est.	
	2.9. Ad Amicos	
1)	Esto procul, quicumque meum te dicis amicum,	
2)	Inque meo nullum limine pone pedem.	
3)	Iunctus amicitia si quis fuit ante, recedat,	
4)	Si mihi vel Pylades Pirithousque foret.	
5)	Et sibi quisque vacet, curet mea nemo, sat ipse	
6)	Sum mihi: quisque suas res agat, ipse meas.	
7)	Quid mihi cum socio? cur, quae mihi solus habere	
8)	Possum, dimidia nunc ego parte velim?	
9)	Nullus amor, regnumque potest commune teneri.	
10)	Haec duo cum socio non bene iuncta manent.	
11)	Est mihi subque mea retinetur clave puella,	

12)	Et magis haec ebore est et magis alba nive.	
13)	Haereat illa licet mediis complexibus, aer.	
14)	Ne subitus rapiat, membra timore rigent.	
15)	Ut mota lepores, ut rana fronde moventur,	
16)	Sic moveor, vento si crepuere fores.	
17)	Est eiecta domo, dominae ne basia ferret	
18)	Inter ludendum blanda catella meae.	
19)	Et mihi passer erat: sed et hic mihi causa timoris	
20)	Cum foret, e cavea est libera facta via.	
21)	De ligno quodcunque fuit vel marmore signum	
22)	Eduxi. stultum est haec retinere domi. #	
23)	Quod mentem et sensum capiant simulacra capacem,	
24)	Sit satis exemplo Pigmalionis ebur.	
25)	Nil amor esse putat tutum, semperque timori	
26)	Servit. sollicitum noxque diesque videt.	
27)	Me semper gemitus, langor, suspiria, luctus,	
28)	Et dolor, et pallor, curaque tristis agit.	
29)	Sum miser, et videor felix dicorque beatus.	
30)	Hei mihi, quod caecum pectore vulnus alo.	
31)	Nemo se melius sese scit. Cogat in unum	
32)	Cuncta: volet semper quisque referre sua.	
33)	Non hoc esse, quod est: aliud sed saepe videtur.	
34)	Quo sunt nigra etiam, candida saepe putas.	
35)	Et dulci tetrum miscetur melle venenum,	
36)	Pungitur urtica, qui legit ungue rosam.	
37)	Hei mihi, quo potui vito dare tempora, saevus	
38)	Me miserum si non implicuisset amor.	
39)	Grande onus est humeris, nec par cervicibus haeret,	
40)	Et mea non aequis sunt data colla iugis.	
41)	Quid faciam? vult haec futui, nec talia novi,	
42)	Nec, bene si novi, mentula posset opus.	
43)	Implicitus sum sorte mea. Sic volvor in orbem,	
44)	Ut multo turbo verbere et arte citus.	
45)	Sed nihil est quod non superiorum numina possint.	
46)	Quod dederant aliis, dent, precor, illa mihi.	
47)	Salmacis admixta est puero, fit foemina Caeneus,	
48)	Mas modo, fitque Hyphis mas in Hyante sua.	
49)	Quod si tantillum staret sub veste, putarem	
50)	Me coelum pedibus supposuisse meis.	
51)	O quam viva mihi bona quam mihi mentula staret,	
52)	Sive foret nusquam, mortua sive foret.	
	2.10. Ad Marcum	
1)	Non meliore mihi poteras occurrere, Marce,	

2)	Quam nunc, non ullo commodiore loco.	
3)	Dispeream, si non animus sensusque fatiscit,	
4)	Defectosque artus frigus hiemsque subit,	
5)	Cum te conspicio, cumque haec mellita labella	
6)	Fingo sub impresso dente sedere meo.	
7)	Saepe loqui tecum volui, sed verba palato	
8)	Haesere, et subito est lingua revicta gelu.	
9)	O quotiens lachrymae, quotiens suspiria flammae	
10)	Certa per indicium signa dedere meae.	
11)	Quid velit hac macies, quid pallor, et unda, cibusque	
12)	Ore meo fugiens curaque nulla tibi est.	
13)	Sed pia simplicitas facit hoc puerilibus annis,	
14)	Canaque virginitas te facit esse rudem.	
15)	Nescis quid valeant aurata Cupidinis arma,	
16)	Nec tua senserunt pectora quid sit amor.	
17)	Durius hoc nihil est, nihil hoc et amarius uno.	
18)	Hoc dempto mortes mille subire velim.	
19)	Scire velim si me penitus vis perdere, vel si	
20)	Unquam erit ulla meo spes adhibenda malo.	
21)	Vel modo des vitam, vel vitae tempora demas. #	
22)	Vivere vel statui, vel modo velle mori.	
23)	Arbiter omnis abest, locus est sine iudice tutus.	
24)	Foemina nil poterit, masque referre nihil,	
25)	Hic inter salices et prata virentia fiet.	
26)	Frondebis immixtos arbor opaca teget.	
27)	Rivulus hic dulci suadebit murmure somnos,	
28)	Multaque de ramis quae bene cantat avis.	
29)	Huc aedes, atque sinus paulatim illabere nostros,	
30)	O desiderii cura laborque mei.	
31)	Nunc animam exhalare velim, cupioque moriri	
32)	Inter blanditias delitiasque meas.	
33)	Laetior in terra nec coelo est alter, et ullus	
34)	Non me maiorem cogitet esse Iovem.	
	LIBER TERTIUS	Book 3
	3.0. Ad Lectorem	
1)	Non exceptio filiis parentum	
2)	A Marco Cicerone praeparatur	
3)	In quantum valet, et potest valere.	
4)	Cecinae quotiens domum rogavit	
5)	Ut natus ferat, et legat libellum?	
6)	Quid Crassus magis altero placebat	
7)	Unus Publius? Et tamen putabas	

8)	Illum me fore continentiore.	
	3.1. De Puella #	
1)	Quisquis amat longum non sit taedia tempus	
2)	Atterere, et tardis currat ut annus equis.	
3)	Vidi ego montanis mollescere collibus uvam,	
4)	Quae vento et glacie dura rudisque fuit.	
5)	Oraque marmorei quotiens consumpta notavi	
6)	Fontis: dum gelidae fune trahuntur aquae.	
7)	Saepe Iovi pes est iterum formatus aeno,	
8)	Admota trivit quem pia turba manu.	
9)	Quid docuit rigidis aures praebere magistris	
10)	Hyrchanas tigres Parrhasiasque feras?	
11)	Quid docuit Libycos domino dare colla leones?	
12)	Quid facit ut redeat, cum citat alter avem?	
13)	Omnia maturo tempus producit in aevo.	
14)	Et quod non posses credere, tempus agit.	
15)	Quod nunquam rebar, fieri quod posse negabam,	
16)	Quod spes nulla dabat, longa dat ecce dies.	
17)	Ecce sedet gremio, mediis iacet ecce lacertis,	
18)	Et cubat in tepido nostra puella sinu.	
19)	Haec est qua totiens mortem iuravit amanti,	
20)	Quae voluit totiens in caput ire meum.	
21)	Non haec, cum vidit laqueis subnectere colla,	
22)	Cumque ensem vidit stringere, tristis erat.	
23)	Ridebat lachrymas, gemitus ridebat amaros,	
24)	Et mea spernebat carmina, dona, preces.	
25)	A cane vexato fuit haec truculentior apro.	
26)	Haec et calfacto saevior angue fuit. #	
27)	Nunc me suspirat, de me nunc cogitat. illi	
28)	Nunc sine me nox est, nunc et amara dies.	
29)	Sponte dat, et maius quod multo est, cogor ad artem.	
30)	Sponte intermissum saepe reposcit opus.	
31)	Ergo ego sum felix. Iove sum felicitior ipso:	
32)	Audiat hoc quamvis, invidetque licet.	
33)	Hoc etiam est aliquid potior post mille labores.	
34)	Saepe fatigato plus placet ore cibus.	
35)	Qui mala sunt passi, quae sint bona noscere possunt	
36)	Ardua qui fuerant per loca, plana volunt.	
37)	Tum sapiet vinum, cum praegustatur acetum.	
38)	Felleque libato dulcia mella iuvant.	
39)	Tristis eram quondam, curaque premebar amara.	
40)	Nunc ego sum laetus, curaque nulla premit.	
41)	Longa dies dedit hoc, dedit hoc patientia nobis.	

42)	Cunctando foelix exitus ipse fuit.	
43)	Difficili et duro nemo desperet amori.	
44)	Si, quod amat, quis vult, discat amare diu.	
	3.2. Ad Priapum	3.2. To Priapus
1)	Miles in arma furens rigidum vocat horrida Martem.	A soldier raging in bristling arms calls to Mars.
2)	Si quis amat, facilis sit rogat usque Venus.	If anyone is in love, he may readily call on Venus at every point.
3)	Pallada, qui lanas, Cererem, qui ducit aratra,	Who guides wool: Athena, who a plow:
4)	Tutorem pecudum Panaque pastor habet.	Ceres, the shepherd has Pan as the guardian of his flock.
5)	Mercurius furi, pariturae maxima Iuno,	Mercury: a thief, a birthing woman: the great Iuno,
6)	Et venatori casta Diana favet.	and chaste Diana favors the hunter.
7)	Te natumque tuum pudet ad mala nostra vocare. #	It shames one to call you and your son to our woes.
8)	Carminibus vires te dare Phoebus sat est.	It is enough, Phoebus, that you give force to ours songs.
9)	Hortorum custos tu solus summe tuorum,	Guardian of gardens, you alone, O greatest one,
10)	Arte salutifera sancte Priape, fave.	with your restorative art, holy Priapus, show favor.
11)	Sic tibi non desit maturi copia pomi,	In this way you will not lack an abundance of ripe fruit,
12)	E manibus nullus fur fugiatque tuis.	and no thief will flee from your hands.
13)	Sic tu considas tectis sublimis eburnis,	In this way, you take a seat under raised shelters of ivory,
14)	Ne sol exurat, ne gravet unda caput.	so the sun may not burn nor the rain burden your head.
15)	Si Neptunus opem nautae praebere negabit,	If Neptune refuses to offer aid to the sailor,
16)	Fluctibus in modicis obruet unda ratem.	the water will overturn his ship [even] in scanty waves.
17)	Quod si Vulcanus nulli succurreret igni,	Because if Vulcan would not bring help to any fires,
18)	Flagraret subito quaelibet igne domus.	whatever house would immediately burn.
19)	Tuque meum si non properas sanare priapum,	And you, if you do not hasten to heal my priapus,
20)	Decidet. Heu non hoc nobile robur erit.	it will fall away. Alas, this noble oak will not be.
21)	Ante meis oculis orbatus priver, et ante	I would sooner be blinded, deprived of my eyes,
22)	Abscissus foedo nasus ab ore cadat.	sooner have my cut off nose fall from my ugly face.

23)	Non me respiciet, nec me volet ulla puella,	No girl will look twice at me, or want me,
24)	In me etiam mittet tristia sputa puer.	a boy will even cast sullen spit at me.
25)	Tunc delectat ager, gravidis cum canet aristis.	The field delights then, when it is white with heavy ears of grain;
26)	Vinea, cum pingues congerit uva lacus.	vines, when grapes shower the rich basins.
27)	Sed semper laetis didicit Fortuna nocere:	But always Fortune knows how to harm the happy:
28)	Indoluit nostris invidiosa bonis.	envious, she was aggrieved by my good times.
29)	Laetior, heu, toto me non erat alter in orbe.	There was not a happier person in all the world.
30)	Si cadet hic, non me tristior alter erit.	If this thing fails, there will be no one sadder.
31)	Me miserum, sordes quas marcidus ore remittit?	Wretched me, what nastiness this rotten thing emits from its mouth!
32)	Ulcera quae foedo marcidus ore gerit?	What sores this rotten things bears on its foul mouth!
33)	Aspice me miserum precor, o, per poma, per hortos, #	Look at me, a wretch, I beg you, oh, for the fruits, for the orchards,
34)	Per caput hoc sacrum, per rigidamque trabem,	for this holy head, for the rigid beam,
35)	Summe Pater, miserere mei, miserere dolentis.	Father most high, have pity on me, have pity on one suffering.
36)	Meque tuis meritis fac, precor, usque tuum.	Make me always yours, I beg, in your service.*
37)	Hunc ego commendo tota tibi mente, Priape.	This I commend to you with my whole mind, Priapus.
38)	Fac valeat, fac sit sanus ut ante fuit.	Make it be well, make it be healthy as it was before.
39)	Ecce tibi officii quo sim memor: ista columna	Behold, for you therefore I am mindful of your service: let this column
40)	Cerea ponatur tantaque quanta mea est.	of wax be set up, as big as mine is.
41)	Vix prece finita, signum dedit ille priapo.	With my prayer scarcely finished, he gave a sign to my priapus,
42)	Quod me sanandi maxima causa fuit.	that was the primary reason for me being healed.
43)	Quodque magis mirum est, nil sentit mentula morbi.	And what is most astounding, my prick feels nothing of the disease.
44)	Convalui, et melius quam prius illa salit.	I have recovered, and that thing leaps better than before.
45)	Illa salit: quicumque puer, quaecunque puella	It leaps: whatever boy, whatever girl
46)	Occurret, certum est hanc recacare trabem.	lies in its way, is sure to poop out this beam.
	3.3. De Lusca	
1)	Luscam amo. nec minus hanc vellem, si caeca fuisset.	

2)	Non opus est oculis, plus satis unus erit.	
3)	Lumina si quis habet, teneat precor et tegat illa,	
4)	Nam me, cum videor, non iuvat ulla Venus.	
5)	Hoc et honestatis, iubet hoc et causa pudoris.	
6)	Stultus erit, si quis non sua furta tegit.	
7)	Nemo unquam potuit patiens mea facta videre:	
8)	Quod facta haec, non ut facta, referre potest.	
9)	Iussit Amor tecto caelari gaudia pene.	
10)	Non laetor, si non ille sepultus erit.	
11)	Illud opus cum fit, si tantum spector ab uno	
12)	Lumine, fit multo gratius illud opus. #	
13)	Tum mihi, ni tanquam calce insultaret asellus,	
14)	Ore potest nemo, nemo nocere manu.	
15)	Quod si luminibus caperer, non ipse macellis	
16)	Abstraherer, pictis eximererque locis.	
17)	Per vineta gradus, et per canneta moverem	
18)	Vere navo, rebus cum nova gemma redit.	
19)	Qui laxat bellum, qui pacem claudit amarem,	
20)	Aut Argum, aut Argo quas dea pinxit aves.	
21)	Non pascor vana, nec re minus utile, nam me	
22)	Quod facio, non quod specto iuvare potest.	
23)	Aspicio multos, quos visus pascit inanis,	
24)	Et iuvat insana se saturare face.	
25)	(Crede mihi) nihil hi sapiunt, nec dulcia noscunt,	
26)	Qui possunt vento vivere, more lupi.	
27)	Hos ego non timeo rivales mille. timerem	
28)	Unum illum, insidias qui locat arte magis.	
29)	Hos cave, qui vadunt soli, qui lumina terrae	
30)	Defigunt, mutos quosque putare potes.	
31)	Quis me cum socio videt unquam. semper in urbe	
32)	Solus eo, solus perfora perque vias.	
33)	Et tamen hoc egi. quis credet? mille puellas	
34)	Pressi, quas castas forsitan esse putas.	
35)	Raro solet magnis rebus se accingere, qui se	
36)	Iactat, et in cunctis dicit habere modum.	
37)	Ardua qui loquitur, minimo solet ille timere.	
38)	Qui latra, praedam non capit ore canis. #	
39)	Pinguibus, ora tenet, qui tendit retia turdis.	
40)	Neve pedes crepitent, callidus arte locat.	
41)	Crede mihi, pauci norunt bene vivere: nullus	
42)	Me melius futuit, vel potiora facit.	
43)	Non canis, aut ullus melius me calcat asellus.	
44)	Nocte mihi tenta est mentula, tenta die.	
45)	Si mihi lusca venit, bene lusca fututa redibit.	
46)	Inveniamque oculum, si mihi caeca venit.	

	3.4. De Puella	
1)	Ni videat lachrymas, a me non credit amari	
2)	Lux mea. sic etiam me dare verba putat.	
3)	Cum bene iuravi, iurem tamen illa rogavit,	
4)	Et cogor testes rursus habere deos.	
5)	Flamma meo dixi fervet sub pectore. dextram	
6)	Subiicit, et flammae nil habet istud, ait.	
7)	Illam etiam medio questus sum corde sedere.	
8)	In te si sedeo, quod petis, inquit, habes.	
9)	Et quotiens: Morior, clamavi, rettulit illa	
10)	Non hominem vidi non moriendo mori.	
11)	Dii facerent, facili nudarem pectora dextra.	
12)	Inspiceret vulnus quod miser intus alo.	
13)	Quod si luminibus posset deprendere curas,	
14)	Ut calybem vincat, non mihi dura foret.	
15)	Dura tamen non est, calybem nec pectore nutrit.	
16)	Peius habet. rebus non dat inepta fidem.	
17)	Ut reor, haec ultra non credit culmen, et ullum #	
18)	Infernum, aut superum non putat esse Iovem.	
19)	Semper in errorem sors me traducit, et offert	
20)	Nescio quid monstri, quid fatuique mihi.	
21)	Aut lusca, aut caeca est, aut, est mammosa, vel illa	
22)	Culum unum, cunnos vel gerit illa duos,	
23)	Foemina res vana est, et nullo consita sensu.	
24)	Res mala vel debet falce, vel igne mori.	
25)	Debuit haec nunquam nasci, vel nata revelli.	
26)	Non erat toto peius in orbe malum.	
27)	Et merito. Quid enim totiens genus illud amare	
28)	Conor, et expertas quid male tento vias?	
29)	Non avis orditur nidos, ubi perdidit illos.	
30)	Quaque ratem rupit, navita vitat iter.	
31)	Et qua ceciderat vecors, it cautus asellus:	
32)	Hic quoque ne rursus corruiat, usque timet.	
33)	Illud non facio, nec tu (puto), lector, et illud	
34)	Si facerem, qui me iure probaret, erit.	
35)	Et nostrae quamvis sit turpe nefasque senectae,	
36)	Cogerer invitus turpe nefasque sequi.	
37)	In scirpo nodum quaero. Bona nostra puella est.	
38)	Sed, quae nunc habeo, non ego nosco bona.	
39)	Oscula sub mediis memini fixisse labellis:	
40)	Iuravit nullo me tetigisse modo.	
41)	Veste subiniecta petii sua gaudia dextra:	
42)	Me dixit nullam supposuisse manum.	

43)	Quid melius? poteratne mihi fortuna roganti #	
44)	Vel meliora datis, vel potiora dare,	
45)	Quid moror amplecti mediam, votoque potiri,	
46)	Et mea non segni carpere poma manu?	
47)	Non est quod verear ne fiam fabula vulgi.	
48)	Hanc ego si futuam, credo negabit idem.	
	3.5. De avara Puella	
1)	Furabor. tutum nihil est mihi credere. clausa	
2)	Si sit, non dubito rumpere claustra domus.	
3)	Omnia diripiam, spoliabo et templa deorum,	
4)	Omneque custodit quod penetrare sacrum.	
5)	Subducamque Iovi fulmen, fratrique tridentem.	
6)	Tutaque non nigri regia Ditis erit.	
7)	Non timeo Cyrphin, subitos nec ab aethere nimbos.	
8)	Privabo donis Delphica templa sacris.	
9)	Si poma Hesperidum, si vellera Phasidos essent,	
10)	Vellera nunc a me lectaque poma forent.	
11)	Vana sepulchrali me saepe Semiramis auro	
12)	Falleret, et non rex, sed fuit illa mala.	
13)	Si mihi clausus equi qui iam fuit annulus alvo,	
14)	Nunc foret, a nullo conspicererque viro,	
15)	Perdita non essent in me mea munera, nollem	
16)	Reginam, aggestas sed bene regis opes.	
17)	Si nossem infantis costam teneramque medullam,	
18)	Et quo saga suum corpus inuncta latet,	
19)	Essem per populum nulla sub imagine visus,	
20)	Ante oculos domini diriperemque bona. #	
21)	Si mihi thesauri magica spectentur in unda,	
22)	Infernum effoderem nocte dieque solum.	
23)	Si scirem aeternae lapidem componere massae,	
24)	Aurea perpetuo quaelibet aera darent.	
25)	Dives eras felixque, Mida, nec munera noras.	
26)	Quid te in Pactolo stultus inersque lavas?	
27)	Nunc per Pactolum pauper piscabor et Hermum,	
28)	Perque Padum ducam retia, perque Tagum.	
29)	Rimabor quicquid Bessus rimatur, et Astur,	
30)	Rimabor cornu quod dea caeca tenet.	
31)	Res mea non agitur verbis, sed habere necesse est	
32)	Unde meae dominae plena sit usque manus.	
33)	Usque petit nummos.* nummi sunt semper in ore.	
34)	Et mihi si nummos non videt, usque negat.	
35)	Usque negat, si non multo sinus, aere crepabit:	
36)	Tunc me, cum numero, spectat amatque libens.	

37)	Omnia cum dederim, cum nil mihi restet, habere	
38)	Hanc volo. sed potero nil nisi furta dare.	
39)	Omnia tentabo. subitus crassator adibo	
40)	Quemvis nummorum sit modo facta fides.	
41)	Si das, est nobis cum nata natus et uxor:	
42)	Sub te cum nata natus et uxor eat.	
	3.6. In Potentes	
1)	Cum deus ipse aliquem voluit disperdere, primum	
2)	Dicitur huic sensum surripuisse bonum.	
3)	O bene quod caecas obscura nocte tenebras #	
4)	Regibus obiecit principibusque meis.	
5)	Nemo magis famam, nemo magis optat honorem.	
6)	Sed minus est honor his, partaque fama minus.	
7)	Gloriaque appetitur claris augusta triumphis:	
8)	Nulla triumphali gloria laude venit.	
9)	Vivere post obitum mortemque excedere quaerunt.	
10)	Non tamen ante obitum se cecidisse vident.	
11)	Ut pecora, utque ferae sacrae rationis egentes,	
12)	Sic hi corporibus funeribusque cadunt.	
13)	Nil ultra cineres superest his. deperit uno	
14)	Interitu nomen, gloria, fama, decus.	
15)	Uno omnes falso caecoque errore trahuntur.	
16)	Et de recta omnes devius error agit.	
17)	Ignorant quo fama loco, qua parte moretur.	
18)	Et qua non debent parte tenere, tenent.	
19)	Aspera virtutum via surgit, et obsita segni est	
20)	Sentibus, et qua non improbus ire potest.	
21)	Haec eadem plana est solerti et liberet dumis,	
22)	Et qua, cum libuit, non timet ire probus.	
23)	Sede moram vitium, nec virtus contrahit una.	
24)	Haec duo discordi pectore bella gerunt.	
25)	Hic vitio virtutis iter laudisque requirunt,	
26)	Et famam humanis rebus inesse putant.	
27)	Hinc et opes gazasque parant, tantique tenentur.	
28)	Quantum nummorum non dedit una sitis.	
29)	Sed tamen hi quales, quid sub ditione tuentur, #	
30)	Itala cum tellus serviat una tribus.	Three: pope, Naples, Milan.
31)	Non fuit haec uni quondam satis, et tamen omnes	
32)	Miratum credunt quod Solon isset opes.	
33)	Quicquid habent lapides, et calx, et arena, trabesque	
34)	Accipiunt: <b>vivit pusio, leno, cocus.</b>	
35)	Aedificant, veluti miranda palatia, tales	
36)	Quales sub te habuit, Romule, Roma casas.	

37)	Templa Iovis non hi, non hi novere Dianae,	
38)	Nec quas pyramides barbara Memphis habet.	
39)	Non hi pensilibus radiantia saxa sub hortis,	
40)	Foeminea structam nec Babylona manu.	
41)	Dispeream, cum castra locant, cum praelia miscent,	
42)	Si sunt in genibus illa notanda meis.	
43)	Quis foret his animus, si rupta plurimus orca,	
44)	In mediis coluber sibyla ferret aquis,	
45)	Cornibus accensis si bos arderet, et Inda	
46)	Post sua mugitum bellua terga daret?	
47)	Quis velit horrendum telis et corpore Gallum	
48)	Oppugnare, licet plurima cogat avis?	
49)	Scilicet est hodie, qui sese devovet hosti,	
50)	Ut suus hoc miles sanguine victor eat?	
51)	Quis sibi succidi pontem post terga iuberet,	
52)	Cumque armis rapidae scinderet aequor aquae?	
53)	Quis sibi detecta nudaret cornua fronte,	
54)	Fronte sub imperio cornua nata suo?	
55)	Fraude doloque volunt hodie regnare, nec ullum #	
56)	Invenies hodie qui velit esse probus.	
57)	Pro minimo natas cum cara coniuge nummo	
58)	Tradunt, et nummum, numen ut esset, amant.	
59)	Et miseros vates, et solis regibus ortos,	
60)	Extrema gaudent morte fameque mori.	
61)	Digerere hoc quamvis faciant, nos reddimus illis	
62)	Nostra, nec a dumis libera vestis abit.	
63)	Aut taciti transimus iter sine nomine regum,	
64)	Aut turpe infami carmine nomen habent.	
65)	Inspice: quot nostros habeat liber iste potentes.	
66)	Inspice: supremis si perit umbra rogis.	
67)	Tempore deficient urbes et moenia. libri	
68)	Deficient nullo tempore scripta mei.	
	3.7. De Palmera	3.7. About the Palm
1)	O ego quam bellum tempus sum nactus amicae,	Oh what a great time I happened on with my friend,
2)	Si fortuna meo non nocet ulla bono.	if fortune doesn't mess with my good thing.
3)	Non miror fulvam Croesi nunc divitis arcam,	I don't admire the golden chest of rich Croesus now,
4)	Alcinoique omnes despiciuntur opes.	all the treasures of Alcinous are despised.
5)	Non ullum occasus, non ullum vidit et ortus,	The setting sun, the rising, has never seen anyone

6)	Qui mihi laetitia se putet esse parem.	who thinks himself equal to me in happiness.
7)	Det mare Neptunus, Styga Pluto, Iuppiter astra:	Let Neptune offer the sea, Pluto Styx, Jupiter the stars,
8)	Mutarem superis non bona lecta tribus.	I would not change my chosen benefits with [these] three.
9)	Haec ego si facerem, possem bene stultus haberi.	If I would do this, let me be considered a fool.
10)	Qui bene stat, caveat se remove re loco.	Whoever is doing well, let him beware of removing himself from [that] spot.
11)	Divitias animus laetus complectitur omnes.	A happy spirit embraces all riches.
12)	Non ullas animus tristis habebit opes. #	A sad spirit will have no wealth.
13)	Contentus sum sorte mea, nil amplius opto,	I am content with my lot, I wish for nothing more,
14)	Nam mihi nil addi nilque deesse potest.	for nothing can be added to me, nothing absent.
15)	Si modo quod teneo non ullo tempore desit,	If only what I hold is not missing at any time,
16)	Si sit perpetuum perpetuoque fruar.	if it may be perpetual and I may enjoy it perpetually.
17)	Quam bene constitui vitam mihi, quamque beate.	How well I have established life for myself, how luckily.
18)	Quilibet ut vivat discat ab arte mea.	Whoever would live, let him learn from my art.
19)	Ut volo nunc potior placida et sine labe puella,	Now I possess a gentle girl without stain, as I wish,
20)	Qua nihil est melius, simpliciusque nihil.	nothing is better than she is, nothing simpler.
21)	Credere non posses quanto me observet amore,	You could not believe with how much love she attends me,
22)	Quantum amet, et quanta serviat illa fide.	how much she loves [me] and with how much loyalty she serves me.
23)	Nil capit haec a me, sed si quid porrigit alter,	She takes nothing from me, but if another offers her something,
24)	Accipit, acceptum restituitque mihi.	she accepts it, and having accepted it, she gives it back to me.
25)	Detque mihi quamvis uni, dat saepe cynedis,	And although she gives to me alone, she often gives to cinaedi/ sodomites,
26)	Hos mihi cum vidit supposuisse nates.	when she has seen them to have placed their buttocks under me.
27)	Cumque tamen fessa est, summittit saepe sororem,	And still when she is tired, she often substitutes her sister,
28)	Aut opus exercet iuncta sorore soror.	Or one sister attempts the toil joined with her sister.
29)	Rem quoque, cum volui, laxat, rursusque coerchet,	When I have wished, she releases the thing and again restrains it;

30)	Seque parat cunctis ingeniosa modis.	ingenious, she gets ready for all different ways.
31)	Hanc ego cum futuo, tum me futuisse per urbem	When I screw her, then I think I have screwed throughout the city,
32)	Omne genus, seu sit foemina masve, puto.	every sort, whether they be male or female.
33)	Concessa est illi fatis aeterna iuventus,	Eternal youth has been granted to that one,
34)	Quae data, Phoebe, tibi, quae tibi, Bacche, fuit.	[like] what was given to you, Apollo, and to you, Bacchus.
35)	Illa ego, dum vivam, vivet, mecumque peribit,	As long as I live, she will live, and she will perish with me.
36)	Deficietque illi, cum mea vita mihi.	When my life fails me, it will fail her too.
37)	Si surgo, surgit pariter si dormio, dormit.	If I rise up, she likewise rises, if I sleep, she sleeps.
38)	Saepeque dum iaceo, me fovet illa sinu. #	Often when I am lying down, she nestles me in her curved fold.
39)	Surgentem vestit, nudatque cubare volentem,	She dresses me when I am getting up, and undresses me when I'm wishing to lie down,
40)	Et lateri iuncta est nocte dieque meo.	and she is joined to my side day and night.
41)	Et ponit mensas, coenamque ministrat, et omnes	And she sets the table, she serves supper,
42)	Ad mea (nil sumit) porrigit ora cibos.	and she places all the food in my mouth (she takes nothing).
43)	Si quis erit nobis hostis, defendit ab hoste.	If someone is an enemy of mine, she defends [me] from my enemy;
44)	Nec sinit ut laedat, membraque tuta facit.	she does not allow him to hurt me, she makes my limbs safe.
45)	Illa modo, pro me superisque virisque minatur	Now she menaces gods and men on my behalf,
46)	Pro me nunc superos, nunc rogat illa viros.	now on my behalf she beseeches gods and men.
47)	Haec et plura facit, sed nec narrare decebit,	She also does much more, but it is not proper to relate --
48)	Ut cito perficiam, quo iuvet illa modo.	so that I may finish quickly -- in what way she helps.
49)	Quis non invidet? quis non putet esse beatum?	Who does not envy [me]? who does not think I am lucky?
50)	Quis non ante homines ponat et ante deos,	Who does not place [me] before men and before gods?
51)	Si quis erit facilis sensus mentisque capacis:	If anyone is of quick perception and a capable mind,
52)	Ne mea divulget quae sit amica rogo.	who my friend is, I ask you not to divulge.
	3.8. Ad Alphonsum	3.8. To Alfonso
1)	Alphonse, eximium decus et nova gloria Martis,	

2)	Salve, victrici qui regis arma manu.	
3)	Quid veniam, quid forte sequar tua castra requiris,	
4)	Sumque per armatos res nova forte viros.	
5)	Miraris telum tremulis retinere lacertis,	
6)	Duraque defoeta bella movere manu.	
7)	Miraris canos depressos casside crines,	
8)	Et quod frenati terga premamus equi.	
9)	Quod male conveniant non ignoravimus arma.	
10)	Ferre decet iuvenes, non decet arma senes.	
11)	Nec ego non ullum spero violare, nec ullum #	
12)	Grandia de vili gaudia ferre nece.	
13)	Hoc animus viresque negant. pudor impedit illud.	
14)	Tingere quis minimo sanguine tela volet?	
15)	Cum sene castra senex adiit quoque Nestore Calchas.	
16)	Eloquio bonus hic, et bonus alter ave.	
17)	Utilis haec aetas, nec contemnenda senectus	
18)	Forte tenet quod non forte tenere putas.	
19)	Hactenus, in sterili campo mea semina ieci.	
20)	Nulla diu ex illo reddita messis erat.	
21)	Saepe dabant gemitus tanquam mala nostra viderent,	
22)	Dum iuga ducebant vana per arva boves.	
23)	Nil praeter musas, nil praeter carmen amavi.	
24)	Non alia in nostro pectore cura fuit.	
25)	His ego credebam, sublimia tecta parare,	
26)	Et non inculti iugera lata soli.	
27)	Me miserum, caecas quo me deflexerat error.	
28)	In quantas tenebras duxerat iste furor.	
29)	Hei mihi, non meus est miserorum campus avorum,	
30)	Et domus, et quicquid manserat ante domi.	
31)	Nec mihi sunt vestes. sunt haec pro vestibus arma.	
32)	Haec mihi si tentas demere, nudus ero.	
33)	Hic equus est oneri. si quis mihi prandia praebet	
34)	Hunc habeat. nobis noxius haeret equus.	
35)	Cuncta mihi dederat nuper traiectus ab hoste	
36)	Miles, et haec meriti praemia, dixit, habe.	
37)	Et valuit, sanusque fuit, rursusque revixit. #	
38)	Et fuerant sparso viscera rupta cibo.	
39)	Hac ope perveni: ne quis tuus occidat unquam	
40)	Miles. erit nostra quisque levatus ope.	
41)	Sanus erit: cunctis si telis obruat hostis,	
42)	Mille lacer sparsus si foret ille locis.	
	3.9. Expiscatio	
1)	Nocte sub extrema pluvialis decidit imber,	

2)	Undaque montanos plurima lavit agros.	
3)	Turbidus excedit longe vada nota Truentus,	
4)	Et cava limosis saxa revolvit aquis.	
5)	Quid statis, pueri? sinitis quid nobile tempus	
6)	Ire? decet pisces quemque tenere bonos.	
7)	Ite citi, nudique omnes deponite vestes.	
8)	Et piscaturo se mihi quisque paret.	
9)	Menteque sub memori facienda tenebitis omnes.	
10)	Diverto e media saepeque poto via.	
11)	Cistellam fer, Lygde, tuam, tu, Marce, catinum,	
12)	Dindime, tu, concham, tuque, Rapale, lyca.	
13)	Ipsam feram retro contum, ducam ante ligonem.	
14)	Non ero ad officium segnis inersque meum.	
15)	Terga (praeite) sequar. testes comitentur euntem	
16)	Me duo. tu dexter, tuque sinister eas.	
17)	Line, resiste parum. nimium facit ista sitire	
18)	Me via. considas. et mihi deme sitim.	
19)	Si similes hodie pisces fortuna parabit,	
20)	Omnibus extensus quam bene venter erit. #	
21)	Surge Truentinum populus descendit ad amnem	
22)	Forsitan et nostras increpat ille moras.	
23)	State. nisi expertis nullus sese audeat undis	
24)	Crede. tentabo quaeque regamque locum.	
25)	Hic est alta nimis, nimis hic se lymphæ cohercet,	
26)	Hic nimium laxa est, hic quoque ficus inest.	
27)	Haec levis est, non est haec formidabilis ulli,	
28)	Non laxat, non haec seque cohercet aqua.	
29)	Posthume, festina, propera, teque ante paratum	
30)	Oppone, et facili retia solve manu.	
31)	Impetus undarum minor hac, et mitior ibit,	
32)	Tu modo substineas, et tua terga ferant.	
33)	Teque parum laxa, pesque hic fac distet ab illo	
34)	Longius, ut piscis laxius ima petat.	
35)	Vosque omnes simul ite alii, fontemque petatis	
36)	Fluminis, et totis vertite flumen aquis.	
37)	Ducite plus nimio palum per longa profundi	
38)	Antra loci, et valida volvite saxa manu.	
39)	Iamque undas limumque movent, et saxa revolvunt.	
40)	Huc aderunt: longas non teret hora moras.	
41)	Ecce adsunt, iterumque undas iterumque retundunt	
42)	Festini. et multo pisce premuntur aquae.	
43)	Posthume, quid sentis? implentur retia? fortem	
44)	Nunc animum totis viribus adde tuis.	
45)	Maturate omnes, nequit hic plus ferre, satisque,	
46)	Substituit, sortem vosque subite parem. #	

47)	Tollite, et ad terras sublimia ferte remotas	
48)	Retia, ne in patrias praeda recurrat aquas.	
49)	Fortunata dies satis est. maiora petitis	
50)	Sunt haec, et votis sunt potiora meis.	
51)	Hic pedis unius, paene hic est sexquipedalis,	
52)	Hic aequat cubitum, complet et iste manum.	
53)	Praesentem (satis est, satis est), differte laborem.	
54)	Diversum prima luce petemus opus.	
55)	Ducite cum canibus cras retia. Fallere pisces	
56)	Vos hodie docui, crasque docebo feras.	
	3.10. Querela	
1)	Sors mea me miserum quibus est oppressa ruinis?	
2)	In quantis tenebris haec mea vita iacet?	
3)	Vivo miser qualis nullus iam vixit. habebant	
4)	Maiores Codrus pauper et Irus opes.	
5)	Consumpsi: quicquid stulti liquere parentes.	
6)	Plena mihi quondam nil habet arca patris.	
7)	Quid volui stultus miseris ediscere musas,	
8)	Et sterili fatuum cingere fronde caput?	Et sterili fatuum cingere fronde caput?
9)	Aes dedit ex istis nullus mihi. nemo redemit	
10)	Carmina. dona diu non dedit ulla manus.	
11)	Quod si forte meum laudant carmen. habebo	
12)	Carminis hanc laudem praemia summa mei.	
13)	Quid faciam? si non quicquam bene vivere refert,	
14)	Si refert quicquam, vivere nolo male.	
15)	Spornor ut insanus. pueri mea pallia rident. #	
16)	Summa solet cultis vestibus esse fides.	
17)	Paupertas odiosa iacet, nec amatur ab ullo.	
18)	Es pauper. cuncti mente carere putant.	
19)	In nummis laus est. et tanti quisque tenetur,	
20)	Sub tecto quantas accumulavit opes.	
21)	Fac habeas, si templa forent spolianda, vel ipso	
22)	Extorquendus erit nasus ab ore Iovis.	
23)	Nemo petit qua res sibi quisque paraverit arte,	
24)	Sed petit an rebus sit bene plena domus.	
25)	Omnia confuso turbantur in ordine rerum,	
26)	Nec discrimen habent pessima mixta bonis.	
27)	Omnia fata trahunt. nihil est quod lege tuetur.	
28)	Ius iacet, et nil se sub ratione regit.	
29)	Quis putet esse deos? quis non neget esse Tonantem?	
30)	Humanae nullum res moderamen habent.	
31)	Non est hic sapiens, superos qui cogitat ullos.	
32)	Esse deos vatium fabula vana fuit.	

33)	Nunc ego mille artes tentabo discere. mille	
34)	Ut vivam, faciet res operosa manus.	
35)	Aut ego messor ero, vel campi durus arator,	
36)	Aut ducam remos per freta longa graves,	
37)	Aut ego grassator nullum iugulare negabo,	
38)	Aut fiam uxoris tam cito laeno meae.	
39)	Hei mihi, quam serum est hoc quaerere. sera senectus	
40)	Me gravat, et baculo membra levare petit. #	
	LIBER QUARTUS	Book 4
	4.0. Ad Lectorem	
1)	Hunc castus puer et puella discat.	
2)	Nullas nequitas gerit libellus.	
3)	Nunc Pallas legat et Diana. Iuno	
4)	Oestro verberet hoc suum maritum,	
5)	Vulcanus Venerem. Recessit omnis	
6)	Audito titulo repente turba.	
7)	Fiet nequior omnibus libellus,	
8)	Fiet pessimus omnium. Venite.	
9)	Nimirum populus redit sed ingens,	
10)	Postquam nequitas novas repono.	
	4.1. Profectio	
1)	Tandem ego constitui patria discedere terra,	
2)	Arvaque Piceni linquere culta soli.	
3)	Asculum, et excelsae turres, pontesque, valete.	
4)	Cum sancta valeas tuque Truentus aqua.	
5)	Vosque Paregnani iuvenum oblectamina campi,	
6)	Cum tot delitiis totque valete iocis.	
7)	Non ego sum bellis, non ullis utilis armis,	
8)	Nullaque resperso tela cruore iuvant.	
9)	Paci ego sum natus. pacis de nomine mater	
10)	Pacifico nomen non mihi dura dedit.	
11)	Quid me tunc animi, quid me tunc credis habere	
12)	Mentis, civili cum manus ense furit? #	
13)	Mille pati videor mortes et mille sagittas,	
14)	Si quis forte cadit, forteque vulnus habet.	
15)	Non ego sum Cadmus, nec sum peregrinus Iason:	
16)	Terrigenas fratres vidit uterque mori.	
17)	Non sum fortis in hoc, possum hunc non ferre dolorem,	
18)	Ut cadat ante oculos ille vel ille meos.	
19)	Quid, Mars, alme parens, sinis ut tua moenia quasset,	

20)	Quid sinis ut tecum proelia picus agat?	
21)	Quis vidit Venerem Cypro fera bella movere,	
22)	Quis fera Iunonem bella movere Samo?	
23)	Quando quies erit hic? quando hic dormire licebit?	
24)	Quando hic sollicitus non dabit arma furor?	
25)	Saepeque bella movent alia, sed saepe quiescunt	
26)	Urbes. hic nullo tempore bella silent.	
27)	Cum sopisse putas alta se pace furorem,	
28)	Sopito maior surgit ad arma furor.	
29)	Semper agit lites frater cum fratre, paterque	
30)	Insidias nato praeparat, ille patri.	
31)	Quae pax est teneris saevis cum tigribus agnis,	
32)	Haec est adversis civibus usque meis.	
33)	A liquidis undis rapidus velut ignis amatur,	
34)	Sic hos aut illos unus et alter amat.	
35)	Omnia sed si non fatorum arcana putantur	
36)	Vana, nec est astris omnis adempta fides,	
37)	Succedent meliora malis cum, Marce, Polyxin	
38)	Tanges, cum cures tuque Truente retro. #	
39)	Ad fontem quando properare videbo fluentum?	
40)	Mons acies quando iunget uterque, duas?	
41)	O utinam nostro sint haec in tempore, et ante	
42)	Quam mea claudantur lumina, quamque cadam.	
43)	Cedam ergo interea. nec ubi mea tecta reponam	
44)	Stat certum. quo me pes volet ire, sequar.	
45)	Omnis erit tellus melior mihi. Libera virtus	
46)	Omne solum magnam non putat esse domum.	
	4.2. Ad somnum	
1)	Somne (precor) repetas nostrum sic saepe cubile.	
2)	Somnia sic iterum vel meliora refer.	
3)	Somnia felicem fecere, et somnia laetum.	
4)	Vanaque qui dicit somnia, vanus erit.	
5)	Vera quidem mea sunt. nec me deceperat error.	
6)	Quod caret effectu, dixeris esse nihil.	
7)	Vera fuit facies. nec falsa fefellit imago.	
8)	Mille dedi amplexus, basia mille dedi.	
9)	Saepe ego compressi rursusque iterumque puellam,	
10)	Et mihi quo volui se dedit illa modo.	
11)	Unde tepet lectus? calet hac quid parte cubile?	
12)	Hic iacui. alterius pars fuit illa thori.	
13)	Lectulus hic ambos tenuit. requievimus ambo.	
14)	Pressa sub amborum corpore signa manent.	
15)	Quae video, non sunt nostrae vestigia plantae.	

16)	Est pede caelatus pes minor iste meo.	
17)	Hic caput apposuit. dextra haec manus, illa sinistra #	
18)	Hic utroque fuit nixa recurva genu.	
19)	Linteaque officii variavit gutta recentis.	
20)	Sordida siccato culcitra facta loco est.	
21)	Quid iaceo fessus? latus hoc quid debile rupit?	
22)	Membraque quid lentus caetera langor habet?	
23)	Illa salax, quondam quam nullus vicit asellus,	
24)	En iacet officio mentula functa suo.	
25)	Meque citat rursus somnus. solet ille citare,	
26)	Cum Veneris gratum debilitavit opus.	
27)	Iuno saepe suum novit futuisse maritum,	
28)	Cum gravis illius somnus et altus erat.	
29)	Sic etiam Venerem somno cognovit aborto	
30)	Lemnius armato succubuisse deo.	
31)	Mille quidem sunt signa, quibus commissa libido	
32)	Inconfessa patet nec bene furta tegit.	
33)	Vera loqui liceat. iuvat hoc narrare quod actum est.	
34)	Ut fecisse iuvat, sic iuvat acta loqui.	
35)	Gaudeo, si quando nova me capit ulla voluptas,	
36)	Nec bene laetitiam dissimulare queo.	
37)	Affectant alii nummos, palatia, campos,	
38)	Ex auro pelves, pallia, vina, cibos.	
39)	Una in me res est, una est mihi cura: priapus	
40)	Ut meus hic futuat. Caetera mando deis.	
	4.3. Ad Xistum	
1)	Hospitio Pharnesa domus gratissima musis	
2)	Me tenet, et toto pectore larga fovet. #	
3)	Blanditur sine fine mihi, sine fine benignas	
4)	Pandit opes cunctis officiosa bonis.	
5)	Et modo largitur quicquid gravis arca coerchet,	
6)	Et nunc secreto quae latuere loco.	
7)	Non fastus, tetricaeque minae, vultusque severi	
8)	Errant. tristitiae terga dedere fugae.	
9)	Gaudia laeta vigent nullis offensa querelis.	
10)	Auditurque omni non nisi parte iocus.	
11)	Hic situs e terra delectus creditur omni.	
12)	Non est in toto gratior orbe locus.	
13)	Non sentitur hiems, non hic sentitur et aestas,	
14)	Sed ver aeternum perpetuumque viret.	
15)	Colle tumet modico mediis porrectus in undis.	
16)	Limpidus exultat parte ab utraque lacus.	
17)	Insula sed non est parvae discrimine terrae,	

18)	Nam gracilis geminas separat isthmus aquas.	
19)	Si loca forte iuvat diversaue regna videre,	
20)	Te per regna feret, per loca linter aquis.	
21)	Et si te pisces calamo saliente iuvabit	
22)	Ducere, non vacuus piscibus hamus erit.	
23)	Arboribus circum densis stat consita silva,	
24)	Grataque perpetuis decidit umbra comis.	
25)	Saepe sub hac Dryades lentas duxere choreas,	
26)	Paneque conspecto destituere choros.	
27)	Sive plagis turdos cupies, seu fallere visco,	
28)	Multa cadet visco, multaue turba plagis. #	
29)	Ad te iam referet (demas modo vincula collo)	
30)	Suspensio leporem Gallicus ore canis.	
31)	Plurima vitis amat collem, placidoque tenore	
32)	In clivum serpit, continuatque chorum.	
33)	Uva racemifero stillat de palmite dulcis,	
34)	Quae daret e pleno pinguis musta lacu.	
35)	Pomaque dependent ramis mellita recurvis.	
36)	Multaue Picanos vincit oliva cados.	
37)	Et pira non desunt dulci condita sapore,	
38)	Silvaeque multarum dat genus omne nucum.	
39)	Aerius medio vertex se attollit in altum	
40)	Saxum ingens omni parte recisus apex.	
41)	Hic arx insurgit sublimibus ardua muris,	
42)	Summaque praeruptis turribus astra petit.	
43)	Non ignem ferrumque timet tormentaue belli,	
44)	Ridet et irati tela trisulca Iovis.	
45)	Quis nunc sorte mea non me putet esse beatum,	
46)	Aut quis nunc superis me neget esse parem,	
47)	Qui fruor his opibus, semperque virentibus herbis	
48)	Lentus, et argutas qui vagor inter aves?	
49)	Summe Pater, rerumque caput, tutela salusque,	
50)	Longa tuos tardat quae mora, Xiste, pedes?	
51)	Ornatur iam tota domus, iam pingitur aula.	
52)	Undique dstringunt aurea fulva iubar.	
53)	Iam crescunt herbae, iam prata virentia florent,	
54)	Teque tua expectant poma legenda manu.	
	4.4. Ad Bictinicum	
1)	Quid Roma faciam quaeris, Bictinice, dicam:	
2)	Quicquid erit nobis utile, quicquid opus,	
3)	Nam non forte mihi sunt artes mille, manusque	
4)	Ad quaecunque voles ingeniumque capax?	
5)	Cessurusque forem nulli, mihi si foret unum	

6)	Sive bonus culus, mentula sive bona.	
7)	Magna mihi fictae est et blandae gratia linguae,	I get great esteem for my false and charming tongue:
8)	Meque loqui credis mella: venena loquor.	you think I speak pleasantries, I speak poisons.
9)	Quod laudare cupis laudo damnare quod optas	
10)	Damno, sed vultu quo decet ista geri.	
11)	Quodque modo dixi, mox me dixisse negabo.	
12)	Mendaci dabitur non minor ipsa fides.	
13)	Et dicam falso caecoque errore teneri,	
14)	Isque alius, quem me credidit esse, fuit.	
15)	Multaque compono, quae nullo autore probantur	
16)	Vera, nec a veris haec aliena putes.	
17)	Dixere si pandus, quod forte volant asellus.	
18)	Res acta est, pennis creditur isse suis.	
19)	Mille meis falso caelabo signa tabellis,	
20)	Testamenta mea mille notabo manu.	
21)	Si cui forte paras mortem, me teste probabis.	
22)	Testis ero, si quem solvere forte paras.	
23)	Si cui vis iugulum subiecto solvere ferro,	
24)	Rem nondum facta nocte cruentus agam.	
25)	Et caput involvam cui vis, saxoque gravabo, #	
26)	Ne mersus vastis colla reducat aquis.	
27)	Suntque venena mihi, quae si sunt pota, tumore	
28)	Seu livore gravi corpora nulla notant.	
29)	Quaque iubes cadet ille die. vel differ in annum,	
30)	Ille annus certa morte notatus erit.	
31)	Caesaris excudam falso sub nomine nummos.	
32)	Artificis veras dixeris esse manus.	
33)	Hos ego non ullo strepitu sub pallia fingo,	
34)	Per fora, perque vias turba sit ipsa licet.	
35)	Si quis amat, nec ametur, amet. potietur amata.	
36)	Et si vincla volet solvere, liber erit.	
37)	Iam novi quid pullus equae sub fronte reservet,	
38)	Ubera cum mater non sinit ore trahi.	
39)	Et scio de pura formam componere, caera,*	
40)	In cuius decies pectore sedit acus.	
41)	Thessala cum magico teneo bene carmina cantu.	
42)	Et quid agat tritis rasa sinistra pilis.	
43)	Alea ludentes mea scit spoliare, nec unquam	
44)	Conciperes quanta fraude doloque cadat.	
45)	Nemo manu melius didicit me mittere talos	
46)	Cum volo dant Venerem, cum volo dantque Canem.	
47)	Parva quidem res est, sed, foenoris ibit in usum:	
48)	Sic dare divitias res mihi parva potest.	

49)	Fur quoque qualis ero? Servet sua limina custos:	
50)	Cum bene custodit, surripiuntur opes.	
51)	Claustra domus minimo verbo reserabo, vel herba #	
52)	Excutiam postes excutiamque seras.	
53)	Talem rara cocum fecit, Natura, nec ullus	
54)	Me domini melius sentit habetque gulam.	
55)	Sic domita in lymphis, sic prunis tosta iuvabunt,	
56)	Ut mihi tu dicas sola placere mea.	
57)	Mecum ibit semper puerorum mandra per urbem.	
58)	Nunc hunc, nunc illum leno locabo marem.	
59)	Astrologus, medicus, rhetor, grammaticus, augur	
60)	Aut scurra, aut caupo, vel parasitus ero.	
61)	Quid moror in minimis? multo maiora reliqui	
62)	Pluraque narratis, et graviora malis.	
63)	Pauca tenet quicumque potest numerare, nec esset	
64)	Ulla satis mihi nox, ulla satisque dies.	
65)	Artibus his num me credis, Bictinice, Romae	
66)	Vivere? iam scio te dicere: Lautus eris.	
	4.5. Ad Xistum	
1)	Xiste, decus rerum supremaque gloria divum,	
2)	Claudere qui coelum, qui reserare potes,	
3)	Sis felix hilarisque diu semperque sereno	
4)	Caesareus vultu conspiciendus eas.	
5)	Assiduo faciles Parca tibi stamina versent,	
6)	Et tua non ullo tempore fila secent.	
7)	Nulla dies tristi signetur tetra lapillo,	
8)	Nigraque difficilem non notet urna diem.	
9)	Vive (precor) Iani, Priamique et Nestoris annos.	
10)	Et mihi qui restant accipe et adde tuis. #	
11)	Pro te debemus superos in vota vocare,	
12)	Pro te debemus thura merumque dare.	
13)	Namque deos, si sospes eris, non esse negabo,	
14)	Iunonis dicam sidera et esse Iovis.	
15)	Tum credam iussos coelum servare meatus,	
16)	Credam dispositas astra tenere vias.	
17)	Esse deis curae terras, certaue deorum	
18)	Humanum dicam lege subesse genus.	
19)	Per te nunc Roma est sibi reddita, pontibus urgues	
20)	Tybrim, sunt latae strata refecta viae.	
21)	Marmoreas turrets, aurata palatia ponis,	
22)	Antiqua instauras templa locasque nova.	
23)	Pax sub te parta est, silvis dormire licebit,	
24)	Et quaecumque voles aurea ferre manu.	

25)	Nunc vita est, opibusque licet gaudere fruique,	
26)	Palliaque in media linquere sola via.	
27)	Insidiae et fraudes, et vis violenta, dolique,	
28)	Furtaque de terris corripuere fugam.	
29)	Omne iacet vitium, virtusque extincta resurgit,	
30)	Canaque cum pura simplicitate fides.	
31)	Interiit quodcunque scelus, tegiturque sub alta	
32)	Tellure, et vivit cum pietate pudor.	
33)	Poma sub annosis quercus fert aurea ramis.	
34)	Iunctaque Saturnus cum Iove regna tenet.	
35)	Xiste, sub hac liceat fesso requiescere quercu,	
36)	Quaeque cadit longam pascere glande famem. #	
	4.6. Ad Xistum	
1)	Xiste, diu sidas longoque in tempore vivas,	
2)	Vitaque pro meritis sit diuturna tuis.	
3)	Roma quid ante fuit, nisi turpi sordida coeno,	
4)	Et non dispositis secta taberna viis?	
5)	Undique pendebant laxis tabulata ruinis.	
6)	Obsita deformi cuncta fuere situ.	
7)	Auraque reddebat letales putrida morbos,	
8)	Et nisi per medium non erat ire lutum.	
9)	Quaque pecus stabat, stabat cum coniuge coniux.	
10)	Cumque viris pecori lectulus unus erat.	
11)	Nunc per te tantis, per te tot laudibus aucta est,	
12)	Quod nullo talis tempore Roma fuit.	
13)	Pulchrius in toto nihil est et amoenius orbe.	
14)	Tale decus nullum viderat ante genus.	
15)	Sic ornata nitet, tanto est renovata decore,	
16)	Hanc tu si dederis, Iuppiter astra dabit.	
17)	Si tonat, et densi sparguntur ab aethere nimbi,	
18)	Ridemus: cunctis possumus ire viis.	
19)	Si tenebras terris induxit Phoebus opacas,	
20)	Hic media dices nocte nitere diem.	
21)	Omnis et argento paries corruscat et auro,	
22)	Ut gemina nox hic occidat atra face.	
23)	Nunc quacunquē venis, graderis quacunquē per urbem	
24)	Spirat odoratis aura serena rosis.	
25)	Perque vias omnes, per compita lata viarum #	
26)	Exercet vario gutture carmen avis.	
27)	Quis non hic annum minimum sibi vivere mallet,	
28)	Quam quavis alia vivere parte decem?	
29)	Et quamvis alibi numerosae saecula vitae	
30)	Det Clotho, hic potius mortuus esse velim.	

31)	Si mihi quis coelum vellet praestare, referrem	
32)	Haec illi. Coelum sit tibi, Roma mihi.	
33)	Esse deos, coelumque aliud, regnumque Tonantis	
34)	Dicitur. haec video vera, sed illa puto.	
	4.7. De Roma	
1)	Perdite si Romae superi magis esse videtis.	
2)	Poenitet hic ullas atteruisse moras.	
3)	Si tamen hic annum finissem, pallia nostra	
4)	Sint haec trita licet sarctaque, nulla forent.	
5)	Consumpsi quodcunque tuli, pedes ecce redibo.	
6)	Quamque habui mulam, nunc meus hospes habet.	
7)	Ova ferebatur pro nigra tosta, moneta	
8)	Cortice deposito quinque decemque dari.	
9)	Et, caput hic Romam si veneris, inquit, habebis	
10)	Decoctum, nudum pro minimoque pilis.	
11)	Si nutrire, potes gallinam, dives habebis.	
12)	Foenoris haud ullus plus tibi reddet ager.	
13)	Plurima concepi, conceptaque vana fuere,	
14)	Conveniunt menti factaque nulla meae.	
15)	In populo (memini) recitabam carmen: at ille	
16)	Dat crepitum, qualem culus habere solet. #	
17)	Saepe meo capiti, cum serus tecta petebam,	
18)	Intentus multo stercore venter erat.	
19)	Nescio qua petii me voce vocante tabernam.	
20)	Mille mihi steterant turpiter ante nates.	
21)	Incussere mihi vanum tabulata timorem.	
22)	Credideram lapsus in caput ire meum.	
23)	Eque via media volui subducere nummum	
24)	Haeserat, aut filum quo traheretur erat.	
25)	Si tamen hos scisses mores succedere priscis,	
26)	Arsisset facibus, Romule, Roma tuis.	
27)	Non hodie nascor. didici iam tempore longo	
28)	Vivere, quique modus, quaeque tenenda via.	
29)	Sint quicumque velint venti, do lintea. labor	
30)	Lubrica cum pluviis terra madescit aquis.	
31)	Nitor in adversum nunquam contrarius amnem.	
32)	Auxilior, si quis se dare rupe parat,	
33)	Sustineo vestes, si quis se perdit in undis,	
34)	Do laqueum, si quis frangere colla cupit.	
35)	Discitur hic homines fieri. non dicitur illud	
36)	Si facit haec unum, perdere mille viros.	
37)	Omnia sunt (fateor) Romae. sed posce quid ille	
38)	Hicve petat, quanti stet casa, vina, cibus.	

39)	Confectum quemque fame vel frigore vidi.	
40)	Hic vel Virgilius, hic vel Homerus erat.	
41)	Ingenio dextraque sua qui vivit et arte	
42)	Deperit hic. non est pauperis iste locus. #	
43)	Si tibi saccus erit nummorum turgidus, ibit.	
44)	Quamque pares unum, tu dabis ante decem.	
45)	Nil animus, quod non sit visum, volvere posset.	
46)	Et serum est aliqua quaerere sede locum.	
47)	Multa brevi dicam: sol hic et venditur aer,	
48)	Nec parvo multae faecis emuntur aquae.	
49)	Ardens gemma fidem parit hic, pretiosaque vestis,	
50)	Et gravis, assidua quae crepet aere manus.	
51)	Fabricius, spreto pauper ridebitur auro.	
52)	Congestas Crassus laude parabit opes.	
53)	Sis Romae, si mille boves tibi iugera sulcant,	
54)	Annus et campis si tibi census erit.	
	4.8. Ad Febrem	
1)	Quid tibi nobiscum est, febris? quid frigus et ignem	
2)	Exerces in me? quid mihi vina negas?	
3)	Osque cibum refugit, nisi qui mihi sumptus obsesset,	
4)	Nec nisi de gelidis fontibus optat aquas.	
5)	Saepe velim, dum me nimius calor urget et urit,	
6)	Inter Rypheas ponere membra nives.	
7)	Et rursus, dum me frigus quatit, ire sub Aetnam,*	
8)	Et iacere ardentem ora per usta globos.	
9)	Me modo sola tegunt tenuissima linthea filo,	
10)	Et nunc imposita est culcitra mille modis.	
11)	Deficio. Lingua est ut serra et nigra, cutemque	
12)	Contraxit macies, cunctaque pallor habet.	
13)	Effugere thori. cecidit cum sanguine robur. #	
14)	Iamque forem, nisi sit pellis et ossa, nihil.	
15)	Hei mihi tantillum meo, foedumque nigrumque,	
16)	Quo viso medicus mente animoque cadit.	
17)	Mors, avidas compone manus unguesque rapaces.	
18)	Et sine componi stamina plura colo.	
19)	Non ego nunc quaero tua scindere iura, mihi que	
20)	Non vitam, vitae sed peto, diva, moram.	
21)	Se debet genus omne tibi. quicquidque creatum est.	
22)	Occidet. effugiet vitae nulla mori.	
23)	Tum quoque, cum veniet tempus maturius, ibo	
24)	Ipse sub imperium, iussa que certa sequar.	
25)	Si commota unquam grata pietate fuisti,	
26)	Nunc moveare precor, parce vocare dea.	

27)	O tibi sic Pariis ponantur templa columnis,	
28)	Qualia viderunt saecula nulla prius.	
29)	Et tibi votivas hic figat et ille tabellas,	
30)	Hic mactet pecudem, mactet et ille bovem.	
31)	In te non unquam solvi maledicta, nec ullum	
32)	In te, cum tot sint millia, carmen inest.	
33)	In nocuos exerce odium scelerumque ministros.	
34)	Mens mea nullius conscia facta mali est.	
35)	Saepe: Veni dixi, stimulatus amore vel ira.	
36)	Inspice, non sani verba vocantis erant.	
37)	Sat dedimus. Tecum pater est, et mater, et uxor,	
38)	Cumque meis natis fratreque cara soror.	
39)	In me uno domus est. generis sine signa tenere. #	
40)	Vivus ut e multis unus et orbus, eat.	
41)	Hei mihi vana precor, cum sit mors caeca nec aures	
42)	Surda gerat. Pueri, pallia ferte. Tremo.	
	4.9. Ad Amicos	
1)	Ne retinete manus. ferrum mihi reddite. mortes	
2)	Mille nocens merui. ne prohibete mori.	
3)	Quid iacitis? damno est, quod creditis esse saluti.	
4)	Quodque iuvare solet saepe nocere potest.	
5)	Vita mihi gravis est. mors est mihi dulce levamen.	
6)	Durior est omni vivere poena malo.	
7)	Constituit Natura modum cum morte malorum.	
8)	Nil dat laetitia, tristitiaque nihil.	
9)	Curarum finis mors est requiesque laborum,	
10)	Nil habet illa mali, nil habet illa boni.	
11)	Nil ultra exstincti sentimus. concidit una	
12)	Spiritus, et mors est omnibus una rogas.	
13)	Infernum superumve locum post fata manere	
14)	Umbras, insanae credere mentis erit.	
15)	Redditur expressae meritorum gratia mentis:	
16)	Sit satis haec animi signa dedisse boni.	
17)	Certum est velle mori: non hoc remove potestis.	
18)	Propositum potent nemo levare meum.	
19)	Non si de coelo descendat Iuppiter alto,	
20)	Non si de Stygia Pluto remergat aqua.	
21)	Aut sinite, aut vacuas implebo vocibus auras.	
22)	Omnibus hanc referam vos statuisse necem. #	
23)	Quis natae, aut rigido potuit prohibete, Catoni,	
24)	Hic se ne laceret, ne bibat illa focum.	
25)	Mortis iter stat mille modis, et mille viarum	
26)	Sunt aditus. poterit nemo vetare mori.	

27)	Aut caput illidam muro, vel veste meatus	
28)	Occludam. aut mea mors unda vel ignis erit.	
29)	Amplius hac quid me teneam, fungarque superstes	
30)	Vita? num invitat vivere forte dolor?	
31)	Me vivo alterius dicetur nostra puella?	
32)	Oscula me vivo cui dabit alter erit?	
33)	Alter erit nostro sparget qui semen in agro,	
34)	Et referet messes me patiente meas?	
35)	Ferreus est, si quis valet hunc sufferre dolorem.	
36)	Vivus ero erepta coniuge? vivus ero?	
37)	Deperit hic omnis virtus mea. non ego fortis	
38)	Dicar in hoc: mortem mors neget ipsa, cadam.	
39)	Nondum laxatis, nondum me linquitis in vos	
40)	Voce viros, in vos voce movebo deos.	
41)	Effugiunt omnes trepidi, solvuntque revinctum.	
42)	O stulte, expectas tu tamen hoc ut agam.	
	4.10. De Calva	
1)	Mutavit sua castra furor, melioreque fixit	
2)	Signa loco, et multo fortius urget amor.	
3)	Admovi pontes, balistaque saxa ministrat.	
4)	Aerataque aries moenia fronte quatit.	
5)	Non requies datur ulla operi, semperque labori #	
6)	Insto, cessantes non videt hora manus.	
7)	Qua tu bella moves, hac arte movebis amorem.	
8)	Castraque qua Mavors, haec habet ipsa Venus.	
9)	Illic insomni cura vigilantur amarae	
10)	Noctes, clauduntur lumina nulla die.	
11)	Haec eadem vigiles solertia servat amantes.	
12)	Non aestus tardant non hiemesque viam.	
13)	Limina, si quis amat, debellet dura puellae	
14)	Nam quae debellet limina miles habet.	
15)	Utque suis potitur votis vel pace, vel armis,	
16)	Arma tibi vel pax sic tua vota dabunt.	
17)	Et sic excipias iratae verba puellae,	
18)	Excipit ut telum miles ab hoste suo.	
19)	Et nunc audaci dicas convicia lingua.	
20)	Nunc timeat dictas ut fera facta minas.	
21)	Disiectis validae capiuntur moenibus urbes.	
22)	Dilectae vestem tu quoque scinde tuae.	
23)	Oppida saepe dari praedae indignantia vidi.	
24)	Tu quod amas, tamquam praeda sit, ipse rape.	
25)	Ecce ego, qui luscam miser et malesanus amabam,	
26)	Destitui. pectus cura secunda subit.	

27)	Inter sidereas una est electa puellas,	
28)	Qualis stella, parum qua venit ante diem.	
29)	Nec vult ut videam, nec vult me dura videre.	
30)	Et me non amat hac, me nec amare sinit.	
31)	Nil sapit et non me novit malesana. capillis #	
32)	Si dextram iniicio, non geret illa pilum.	
33)	Dictus eram luscam, calvam nunc dicar amare,	
34)	Et feret haec etiam quam tulit illa notam.	
35)	Hoc quoque ne dubitet quantum est in vita tenebit,	
36)	Et forsitan non qua parte tenere volet.	
37)	Obstetrixque manus pariturae dum ante parabit,	
38)	Clamabit: Non hac parte fututa fui.	
	LIBER QUINTUS	Book 5
	5.0. Ad Lectorem	
1)	Quintus scribitur hic mihi libellus,	
2)	Et si qui fuerint procaciores.	
3)	Ridet canius omnibus tabellis.	
4)	Nugis qui cecidit, cave sequaris.	
5)	Matronae referunt sacrum Diones.	
6)	Nudis inguinibus corona fertur.	
7)	Hinc tristes abeant procul, monemus.	
8)	Cunnus, mentula, culus hic legetur.	
	5.1. In Hypocritam	
1)	Tu quicumque meos audes ridere libellos,	
2)	Forsitan es, sed non te reor esse bonum.	
3)	Non didici flexo nec torto credere collo,	
4)	Aut si quis mento pectora summa terit.	
5)	Vidi ego iam multos similes tibi. tempora perdis.	
6)	Apta tuis non sum praeda tenenda plagis. #	
7)	Quaere alium. punto totum te nosco vel ungue:	
8)	Quicquid habes extra, quicquid et intus habes.	
9)	Non sum terra tuo facilis fodienda ligone.	
10)	Semina disperdis. nil tibi reddet ager.	
11)	Retiaque in vanum iactas. non gurgite piscem	
12)	Ex hoc reduces, et tua lina teres.	
13)	Una te decies hora volo vendere. nosces	
14)	Non ubi sis, non qua sit tibi parte caput.	
15)	Quod genus hoc hominum stimulat? quo turbine versor?	
16)	Scilicet et moris tu, mihi censor eris?	
17)	Mille homines opus hoc videre, et mille probarunt,	

18)	Aut taciti linguas continuere suas.	
19)	Tu tamen obloqueris stultissime. Dicitur illud,	
20)	Quod stridet, peior semper in axe rota.	
21)	Sed prius hoc curae tibi sit detergere rictus,	
22)	Cum vis ora meis ponere stulte modis.	
23)	Res vili male nata loco, non utilis ulli,	
24)	Furca per infames saepe reducta vias	
25)	Non pedis es nostri soleas deponere dignus,	
26)	Et mihi te ingenio, te facis arte parem.	
27)	Deque tuo nescis sordes educere naso,	
28)	Et vis tu iudex carminis esse mei.	
29)	Sed caput, hoc potius duro volo tundere muro,	
30)	Et digitis culum dilacerare meis,	
31)	Talia quam possim tam vana et stulta loquentem	
32)	Verba vel a surdo non patienda viro. #	
33)	Haec vivus, sanus, constans audire valebo,	
34)	Frangere quae calybem quaeque adamanta valent?	
35)	Vina loqui credas nullo contexta tenore,	
36)	Qualia non sani volvere lingua solet.	
37)	Vis te suspiciam, vis te demirer ut unum	
38)	De coelo lapsum sideribusque virum.	
39)	Et bene me tristi peperisset mater in hora,	
40)	Quam vivam vita, si mihi ductor eris.	
41)	Dic (rogo) quot verpas hodie? dic, mentula quantum est	
42)	Quod fuit a digitis sollicitata tuis.	
43)	Es tu smerdaleus condensve,* canensve, cacansve?	
44)	Es de smerdaleo nil nisi merda mera.	
45)	Pro me, cule miser. quid stas? quid, cule, moraris?	
46)	Non hinc te tollis? effuge, curre, vola,	
47)	Effuge. nudamur. longo spargere priapo.	
48)	Inque manu: si non effugis: ecce caco.	
	5.2. Interruptio	
1)	Hic ego non unum componam carmen, ab omni	
2)	Sic me vicinus parte tumultus agit.	
3)	Non somnum captare licet, musisque vacare.	
4)	Nulla quies nocte est, nulla quiesque die.	
5)	Ante importuno terit improbus ora sacerdos	
6)	Murmure, sollicitat nocte dieque deos.	
7)	Nunc operi socium iungit. geminantque malignum	
8)	Murmur, et alterna guttura voce movent.	
9)	Sic gravis alterno gemitum dat malleus ictu #	
10)	Cum supra telae stamina lenta cadit.	
11)	Sic gemini in valida perstant incude Cyclopes.	

12)	Irato faciunt cum nova tela Iovi.	
13)	Iactat et hinc cribro semper resonante farinam	
14)	Pistor. cum fessa est dextra, sinistra subit.	
15)	Saepe etiam furnis hic ligna imponit et ignes.	
16)	Pertica per furnos itque reditque gravis.	
17)	Nunc farcit, farctumque coquit, coctumque reponit	
18)	Hic vicinarum garrula turba coit.	
19)	Mitius audirem celebrat quam rana paludem	
20)	Multa, et quod celebrat multa cicada nemus.	
21)	Illinc casta parum tremulum non foemina culum	
22)	Tollit humo, turbae causa profana procis.	
23)	Ille facit rixas, lapides iacit ille fenestris.	
24)	Insanis laxat calcibus ille fores.	
25)	Sic tremit interdum paries communis utrisque,	
26)	Ut timeam subito ne ruat ille malo.	
27)	Et mihi crissantis dum lumbos audit amicae	
28)	Surgit, quodque audit mentula poscit opus.	
29)	Hinc nobis posita est omnis sapientia retro.	
30)	Haec miserum quot me vexat agitque modis?	
31)	Qua non hic hora legitur. Lectore nec unquam	
32)	Haec vacat. in centum stat scola plena locis.	
33)	Bartolus, et Baldus sonat hinc, illinc Galienus.	
34)	Hinc et abas Siculus, sanctus et inde Thomas.	
35)	Hic probat aeternas animas, probat hic et asellum #	
36)	Esse hominem. Astrologus sidera et astra locat.	
37)	Oratorque loquax non ullam praeterit horam.	
38)	Mox fatuus vana voce poeta tonat.	
39)	Cum nox atra subit, tantus venit inde tumultus,	
40)	Quantus ab inferna sede venire solet.	
41)	Omnia sed paterer, si non vicina fenestra	
42)	Ex alta ante oculos mane cacaret anus.	
	5.3. De Mentula	
1)	Quid dices? quamvis exaequet mentula palmas	
2)	Nostra duas, libras contineatque decem.	
3)	Esse tamen minimam queritur, dicitque pusillam	
4)	Lux mea. nil, cunno cum tenet, esse putat.	
5)	Vix celare queunt navalia lintea membrum,	
6)	Quo viso tutus furibus hortus erit.	
7)	Cumque aliam futui, timui periisse, puellam.	
8)	Illius facies ut morientis erat.	
9)	Ostia vix subii, subito cadit illa dolore,	
10)	Factaque de geminis una fenestra fuit.	
11)	Me miserum tanta est et tanti ponderis astat:	

12)	Ut tres a populo dicar habere pedes.	
13)	Magnus adest illi census, nec parva supellex:	
14)	Immenso si quis pene superbus erit.	
15)	Est auro melius tanto gaudere mutone.	
16)	Pro tanto reges regna dedisse velint.	
17)	Utque suis nummis spectando gaudet avarus,	
18)	Spectando sic me tanta columna iuvat. #	
19)	Est nive candidior, candoreque lilia vincit.	
20)	Cum iacet haec plumas, tentaue, robur, habet.	
21)	Hanc et maiorem si quisquam affectat, habebit:	
22)	Haec mihi non nata est, sed mihi facta manu.	
23)	Utque mihi crevit, crescet tibi. Fossor agellum	
24)	Excavet, et largas spargat in arva fabas.	
25)	(Crede mihi) melius valet hac me nullus in arte.	
26)	Nam bene, qui totiens fecerat, ille facit.	
27)	Ipse manu didici properantem sistere venam.	
28)	Et didici segnem sollicitare manu.	
29)	Omnibus his, nimio quos sentis pene superbos,	
30)	Dicas quod multa mentula crevit aqua.	
31)	Si bene vis tumeat, bene longa cucurbita fiat,	
32)	In riguos hortos unda perennis eat.	
33)	Haec mihi quid prodest? nostram non supplet amicam.	
34)	Rem tantam tenuem dicit et esse brevem.	
35)	Sarciat immensum, caecum et sine fine baratrum,	
36)	Funeque difficili terque quaterque liget.	
37)	Aut petat haec alium. membrum non tale videbit.	
38)	Taleque non coelum, tale nec orbis habet.	
39)	Efficite, o faciles superi, nam cuncta potestis:	
40)	Me totum penem: dicat ut illa sat est.	
	5.4. Ad pueros et puellas	
1)	Ite simul centum pueri, centumque puellae,	
2)	Si volet esse meus ille, vel illa mea.	
3)	Me petite, obsessum dum non est pectus amore #	
4)	Dum vacat, et dum non me furor ullus habet.	
5)	Ante fores stantem Fortunam admittite vestram.	
6)	Si fugit, effugiet non retinenda magis.	
7)	Non ego nunc nummos posco. sed debita merces	
8)	Officii cunnus, vel mihi culus erit.	
9)	Tempus adest pueris optatum et mille puellis.	
10)	Quid puer hoc lentus, lenta puella petis?	
11)	Lentus eris (mihi crede) puer, tu lenta puella,	
12)	Cum fiam alterius, cum nova iussa sequar.	
13)	Si non unus eris, si non eris una, venite	

14)	Mille simul: numerus non erit ille satis.	
15)	Vidi chortis aves uni servire marito.	
16)	Vidi uni pecudes mille subesse viro.	
17)	Non opus erucis, opus est non passere nobis,	
18)	Nec bulbis. fugiat quaelibet herba salix.	
19)	Una saepe decem memini me dulce dedisse	
20)	Hora. nunc etiam quam bene dulce darem.	
21)	Sed iam quid faciam? sera tentigine rumpor.	
22)	Impleremque utres terque quaterque graves.	
23)	Iamque diu nullum novit mea mentula cunnum,	
24)	Effoditque maris viscera nulla diu.	
25)	Illa die tenta est, tenta est et nocte, nec unquam	
26)	Decidit. arrectum est nocte dieque caput.	
27)	Non puer haec audit, non audit verba puella.	
28)	Nemo venit. solitum dextra frequentet opus.	
	5.5. In maledicum #	
1)	Iamque meae statui traducere tempora vitae	
2)	Candida, nec nocuis plectra movere modis.	
3)	Diis aliter visum. primum non charta tenorem	
4)	Servat, et inceptum sors mea rupit iter.	
5)	Et pudet, et piget hoc me scribere. lividus ecce	
6)	Cogit in ignotum ducere carmen opus.	
7)	Haec ne tentarem, tentavi cuncta. sed ille	
8)	Plura cathenatis ingerit usque malis.	
9)	Saepe quidem monui. monitis non exhibet aures.	
10)	Efficitur precibus durior ille meis.	
11)	Sed nec nomen adhuc, nec maxima crimina ponam,	
12)	Carmine nec fungar quo decet arma geri.	
13)	Territus his forsam linguam cohibebit, et ora	
14)	Compescet, forsam si prius ista leget.	
15)	Crimina qui certo vult castigare pudore	
16)	Se prius excutiat, ne gerat ipse notam.	
17)	Ante meum videt hic residentem lumen aristam.	
18)	Non videt ante suum lumen habere trabem.	
19)	Audet in alterius vitium malesanus, et illud,	
20)	Quo satis implicitum se videt esse, notat.	
21)	Tanquam non notum, tanquam non esset apertum	
22)	Quod facit, et nulli cognita vita foret.	
23)	In superos surgit. superis convicia dicit.	
24)	Iunonem laedit, laedit et ore Iovem.	
25)	Non videt a tergo quam sit gravis ira deorum:	
26)	Quae si lenta venit, cum gravitate venit. #	
27)	Nemo unquam potuit linguam vitare procacem,	

28)	Inque omnes spargit dicta proterva viros.	
29)	Carpitur invidia. si cernit tristia, ridet.	
30)	Plorat, si cernit laeta, cupitque mori.	
31)	Liquitur, et tenues sic extenuatur in artus,	
32)	Ut soli glacies, ut data caera foco.	
33)	Cum loquitur, visus non est mendacior illo.	
34)	Ex illo verum non cadit ore semel.	
35)	Veraque non dicet, si vult. ubi vera fatetur,	
36)	Illo non unquam nascitur herba loco.	
37)	Quicquid ait, fingit. sed non est gratia ficti.	
38)	Fabula non caudam, non habet illa caput.	
39)	Non sic nare canis porrecta sentit, ut iste,	
40)	Quid miscet caupo, quidve popina parat.	
41)	Cum bibit hic madido, nisi terque quaterque metretam	
42)	Siccarit: nunquam ponit ab ore merum.	
43)	Et velut insanus discurrit saepe per urbem,	
44)	Ebrius in media saepe iacetque via.	
45)	Excusare potest vitium tamen esse parentum,	
46)	Ebria cui mater, cui pater ante fuit.	
47)	Vidi ego quod grandem vasto, licet integra pennis	
48)	Et pedibus fuerit, gutture sorbet avem.	
49)	Si cibus ullus erit cura conditus et arte.	
50)	Si peteret brachas venditor, ille volet.	
51)	Cuncta gulae mandat. nummos si forte requiris,	
52)	Unde paret, fur est. hac ratione parat. #	
53)	Subtraheret mappam Hermogeni, catulumque leonis	
54)	Illi: qui lacero viscere furta tulit.	
55)	Inversam iactis nucibus non ludit ad orcam.	
56)	Non hoc magnanimi cogitat esse viri.	
57)	Tota semel iacto mandat patrimonia talo.	
58)	Si non decoxit, se putet esse nihil.	
59)	Paedicatque mares teneros, Veneremque nefandam	
60)	Exercet. Tardat quid gravis ira deum?	
61)	Irrumat, et fellat, movet et praeputia, quodque	
62)	Vel sensu caruit vel ratione petit.	
63)	Vicinae abduxit nuper futuitque catellam.	
64)	Hei vereor ne sic noster asellus eat.	
65)	Et tamen in terris errat, nec fulmen ab alto	
66)	Intonat, et nulla parte dehiscit humus.	
67)	Vos agite, Eumenides, caeca versate furentem	
68)	Mente virum. vobis convenit illud opus.	
69)	Iam satis est. sistamus opus. revocemus aratra.	
70)	Et scindant sulco quo prius arva boves.	
71)	Haec ego libavi, ne me magis ille lacessat,	
72)	Ne magis allatret nomen ut ante meum.	

73)	Si non destituit lingua mordere canina,	
74)	Inscriptum claro carmine nomen erit.	
	5.6. Ad Cynedum	5.6.
1)	Qui Venerem pretio blandam permutat avaro,	He who trades charming Venus for a greedy price,
2)	Auferat illius ventus et ignis opes.	let wind and fire carry off his riches.
3)	Quod facilis natura dedit, male venditur ulli. #	What nature has given freely, it is wrong for anyone to sell.
4)	Quicquid donatum est, turpiter aere datur.	What is given as a gift, is sold for money shamefully.
5)	Perdere dignus erat, bona formae qui male vendit,	It was right to destroy one who wrongly sells the benefits of beauty,
6)	Qui pro blanditiis turpia lucra petit.	One who seeks filthy lucre for caresses.
7)	Ingratum fortuna sciet, si praemia poscit,	Let Fortune know him as an ingrate, if he seeks rewards,
8)	Et si non miseris praestat avarus opem.	and if the greedy guy does not supply aid to a wretch.
9)	Qui iugulare viros quaerit, crassetur, et altis	
10)	Insideat silvis, caecaque lustra colat.	
11)	Quique cutem pellemque suam pro munere mutat,	
12)	Prostet, et in spurca fornice quaerat opes.	
13)	Crimen avaritiae perdit faciemque decusque,	
14)	Et vile in pretium, quod fuit esse facit.	
15)	Quod peto, tantillum est: quod si das usque peribit	
16)	Nil inde, et quod stat nil dare, posco dari.	
17)	Non tamen arrides mihi nec grataris, et audes	
18)	Poscere porrecta sordidus aera manu.	
19)	Et nisi muneribus gremium rumpatur, amator	
20)	Ingratum nullum limen adire potest.	
21)	Nemo erit, ignotas quamvis exerceat artes,	
22)	Cui dare: si quicquam detulit, ipse neges.	
23)	Te fellator habet, te qui venit axibus unctor,	
24)	Et te qui spurcas diluit ore lupas.	
25)	In te, non toto quicumque est sensus in orbe,	
26)	Regnat, nil isto pectore mentis inest.	
27)	Res vana et fatua es molli fucata decore,	
28)	Esque aliud quam quod credulus esse putas.	
29)	Nullus es, et faceret pretium tibi nemo, nec assem #	
30)	Qui daret invenies, si sapit ille, tibi.	
31)	Vis mores, insane, tuos mutare, nec esse	
32)	Sordidus, utque decet vivere et esse bonus,	
33)	Virtutemque sequi, quodque est laudabile, et illud:	
34)	Quod nullo poterit tempore morte mori?	
35)	Praebe aures, audique parum. Quam lilia truncis,	

36)	Quamque rosae spinis, tam cito forma cadit.	
37)	Hoc quoque nos fuimus. Spes (ne contemne) procorum	
38)	Mille (mihi credas) invidiosa fui.	
39)	Sed tamen haec a me, fuerit velut humida nubes,	
40)	Fugerat, et tanquam bulla tumentis aquae.	
41)	Nil habeo, nisi quod dederam sine munere possum	
42)	Quod dederam gratis, iure vocare meum.	
43)	Ante aurum et gemmas praeponi debet amicus,	
44)	Debet et ante omnes quas habet orbis: opes.	
45)	Hic est cui poteris penetralia solvere cordis,	
46)	Et tua cum multa credere verba fide.	
47)	A me non penitus tamen indonatus abibis.	
48)	Non erit officio spes tua vana meo.	
49)	Carmine pro meritis cunctis celebrabere terris,	
50)	Et tua post obitum fama superstes erit.	
51)	Notus in occasu fies, et notus in ortu,	
52)	Et gemini fies notus in axe poli.	
53)	Longe hoc argento est, longe hoc pretiosius auro,	
54)	Longe et Erythrea quod legit Indus aqua.	
55)	Subducis faciem, malesane, et subtrahis aures. #	You lower your face, debased one, and draw back your ears.
56)	Eia, age, fac largas det tibi culus opes.	Come on now, make your butt give you lavish wealth.
	5.7. Ad Crispinum	
1)	Videtis, pueri, digitoque notatis, et aures	
2)	Vellitis, et male me creditis esse marem?	
3)	Erratis. Quamvis iamiam ter dulce dedissem,	
4)	(Credite) nunc possem ter quoque dulce dare.	
5)	Quis tamen e vobis adiit sub vespere sero	
6)	Me puer, et sensit pene valere meo?	
7)	Inspice quo recidit mundus: quando ista cynedi	
8)	Audent. in nulla iam licet ire via.	
9)	Nil habet hoc peius virtus et amarius in se,	
10)	Quam quod ab insanis pressa malisque iacet.	
11)	In latratores opus est ostendere dentes,	
12)	Nec sinere ut sese sub pede quisque premat.	
13)	Vidisti quantum verbis, Crispine, paravi,	
14)	Ut suus hic in se torserit ora pudor.	
15)	Inter se versa est mea fabula. cura renata est	
16)	De me aliter. propriae vulnera mentis habent.	
17)	Perque dies multos quae possint rodere ieci	
18)	Pabula, sed quae non digeret hora brevis.	
19)	Hoc opus est arcus hostis convertere in hostem,	

20)	Missaque in autorem reddere tela, suum.	
21)	Me nemo melius tales castigat amores.	
22)	Post opus insurgo calce, manuque gravi.	
23)	At tua si mecum paulo: coniunctior esset	
24)	Vita (mihi credas), non nocitura foret. #	
25)	Pauper amas, nec adhuc noras bene quid sit amare.	
26)	Inque ista rudis es miles, et arte novus.	
27)	Ut fratri primum tibi consulo. credere noli	
28)	Te pueris. illos quo potes usque fuge.	
29)	Si cupis ipse cito bona perdere, non erit ulla	
30)	Aptior hac una commodiorque via.	
31)	Utque alios taceam, novi nam mille, parentem	
32)	Inspice, si res haec perdidit una tuum.	
33)	Quod si terdenos casu transcenderis annos,	
34)	Tollere te tantum fossa ligoque potest.	
35)	Mentula sed quanta est, vel quam bene tenditur? illam,	
36)	Nam bene si tenta est et bene magna, volunt.	
37)	Vix bene sunt hodie nati: cum milite et armis	
38)	Horum per culos grandior iret equus.	
39)	Et patres matresque etiam, si munera defers,	
40)	Lenones fient, excutientque thorum.	
41)	Luminibus superi spectant tamen omnia iustis.	
42)	Haec res ante omnes displicet una deis.	
43)	Iam valeas. tecum nequeo plus esse: poeta	
44)	Hic coenam, carmen si probo, forte dabit.	
	5.8. Laetitia	
1)	Laeta dies quae me coniunctum corpore amato	
2)	Viderat, et gratum quae dedit herba thorum.	
3)	Felix ille locus, felix et vimen, et arbor,	
4)	Quae me maiorem fecerat esse Iove.	
5)	Quando fuit toto quisquam me laetior orbe, #	
6)	Aut quis laetitiae par valet esse meae?	
7)	Diffundor risu. vix me teneoque feroque,	
8)	Terraque vix celeres sustinet ulla pedes.	
9)	Si mihi divitias det Croesus, et aurea dives	
10)	Alcinous, nulli tam bona lecta darem.	
11)	Non si donaret quicquid Tagus invehit undis,	
12)	Quicquid Pactolus, quicquid et Hermus habet	
13)	Quicquid Erytrea quaerit niger Indus in alea,	
14)	Quodque solet Danae, quodque tenere Midas.	
15)	Cedant divitiae laetis. Quis tristis habetur	
16)	Dives? tantum animus laetus habebit opes.	
17)	Omnia possideo. mea mens nihil amplius optat,	

18)	Ni, quod nunc teneo, semper et usque fruar.	
19)	Finiat hoc nunquam, nulloque in tempore desit.	
20)	Sit fortuna meis invida nulla bonis.	
21)	Nulla dies a me facilem diducat amorem,	
22)	Meque etiam facili nulla ab amore, dies.	
23)	Felicem videat brevioribus altior umbris,	
24)	Felicem exoriens, occiduusque dies.	
25)	Et lapis assiduam designet candidus horam,	
26)	Deque urna nullus ni lapis albus eat.	
27)	Omnibus invidiae, non sim miserabilis ulli,	
28)	Meque bonis semper quisque tumere putet.	
29)	Annuat hoc aether, vel si me maior in illo	
30)	Esset, et hoc facili sorbeat aure deus.	
31)	Alloquar en quenquam? non dignor. fronte superbus #	
32)	Obducta incedo. sic iubet ire tumor.	
33)	Cedat vulgus iners. mediam iuvat ire per urbem.	
34)	Quis nasum auderet tangere, quisve pilum?	
35)	Si rogat hoc aliquis, non dicam. non sciet ullus,	
36)	Si retinere valent gramen et herba fidem.	
37)	Notum erit hoc nulli, dum per declivia current	
38)	Flumina, dum liquidas piscis amabit aquas.	
39)	Et prius emoriar, quam nostro decidat ore,	
40)	Cum fuit, utve fuit, quive beavit amor.	
41)	Hic erit, hic sapiens, qui nulli pandet amorem.	
42)	Qui sua vulgabit gaudia, stultus erit.	
	5.9. Regi Ferdinando	
1)	Eximium imperii decus et nova gloria regum,	
2)	Salve, quo veros sospite credo deos.	
3)	Da faciles aures misero, licet ardua semper	
4)	Vexent, et multo te graviora premant.	
5)	Omnibus indigne rebus spoliatus et urbe,	
6)	Ad sacros veni procubuique pedes.	
7)	Respice me miserum miti placidissime vultu,	
8)	Respice fortunam tristitiamque meam.	
9)	Si lacrimant oculi, gemitas si pectora reddunt,	
10)	Me genere assiduo, me lacrimare decet.	
11)	Consortem thalami cum natis fata duobus,	
12)	Cumque una nata corripuere mihi.	
13)	Orbus eram, sed dives eram. solatia damni	
14)	Praebat multis arca gravata bonis. #	
15)	Et mea barbarico radiabant tecta sub auro.	
16)	Sulcabantque mihi iugera mille boves.	
17)	Lividus intorsit digitos unguesque rapaces,	

18)	Iniecitque manus iuribus ille meis.	
19)	Non aliena peto: nostrum est quod detinet ille.	
20)	Iusque patris posco. ius habet ille meum.	
21)	Et quod natorum fuerat, peto: conterit alter:	
22)	Quae mihi debentur nec bene tractat opes.	
23)	Sub quocunque negat praedo mihi iudice victus	
24)	Reddere. vi potitur muneribusque tuis.	
25)	Munera quae dederas turpes convertit in artes,	
26)	Inscius es tanti causa pudenda mali.	
27)	Per te iam laesus, per te nunc posco mederi.	
28)	Vulneris ut fueras, sic opis autor eris.	
	5.10. Profectio	
1)	Castra per Italiam discordi pectore surgunt.	
2)	Horrida Mars saevos cogit in arma viros.	
3)	Haec sequar, et mens est nullo decernere ferro.	
4)	Nullus inest fusi caede cruoris amor.	
5)	Cernere non possum fugientem vulnere vitam.	
6)	Victuro laetor, non moriente viro.	
7)	Dispereo quotiens acies stetit horrida ferro,	
8)	Et bello effreni constituuntur equi.	
9)	Et quaecunque venit nervo districta sagitta,	
10)	Hanc puto per nostrum transilisse latus.	
11)	Non teneo lachrymas cum capta per oppida miles: #	
12)	Currit, et aggestas depopulatur opes.	
13)	Cum trahit a misera lugentem matre puellam,	
14)	Gaudiaque amisso prima pudore rapit.	
15)	Est animus reparare malis, mortemque fugare,	
16)	Ut vivat qui se viderat ante mori.	
17)	Nullus tam saevo castris violabitur ense,	
18)	Ut nostra sanus non relevetur ope.	
19)	Dilaceros artus et viscera rupta medebor.	
20)	Sanus erit, scissus cui modo nervus erat.	
21)	Non ferro aut graphiis, stimulis non utor acutis	
22)	Sed vulnus minima spargere oportet aqua.	
23)	Herbas quas nunquam Circe Medaeque novit	
24)	Colligo, et ex illis conficiuntur aquae.	
25)	Non illas Chiron, non illas novit Apollo,	
26)	Nec rursus cuius Virbius arte fuit.	
27)	Quisquis eris telo letali fossus et ense,	
28)	Me pete, ne telo fossus et ense cadas.	
	LIBER SEXTUS	Book 6

	6.0. Ad Lectorem	
1)	Quid narrem potes aestimare lector,	
2)	Versus ebrius hos poeta fecit,	
3)	Nigris uvidus ibat e popinis,	
4)	Et gressu titubator Lyei:	
5)	Cum Naxon peteret rapina nautis,	
6)	Cum dulcis fuit et iocosa rixa.	
7)	Ructus quolibet ut minus ducenti	
8)	Spumant carmine suggerente vena.	
	6.1. Ad Florentiam	
1)	Salve, conspicuo Florentia picta decore,	
2)	Nunc primum pedibus terra petita meis.	
3)	Salve perpetuos serves in stipite flores,	
4)	Purpurei quales tempora veris habent.	
5)	Et tua sic Libyci distendant regna leones,	
6)	Ut videas quicquid restat in orbe tuum.	
7)	Accipe me dextro non indignata poetam	
8)	Omne, felici teque petamus ave.	
9)	Arne, tuo mediam fluvio qui dividis urbem,	
10)	Ut sunt, hae nitidae sint tibi semper aquae.	
11)	Frater erat Tiberis, sed fratris pontus et orbis.	
12)	Iure tui imperii pontus et orbis erit.	
13)	Non grave sit, sacro tibi nulla iniuria fiat,	
14)	Si pede per pontes saepe redibo tuos.	
15)	Saepe per hos (fateor) quando illa vel illa placebit,	
16)	Ibimus, et cum me non aget unus amor.	
17)	Ut reor, implicitum non una puella tenebit,	
18)	Et nulla est quae non apta sit esse mea.	
19)	Non tot silva gerit frondes, nec pontus arenas,	
20)	Nec tot habet pisces unda, nec astra polus,	
21)	Quot gerit, et plures habet haec Florentia bellas,	
22)	Quas cupias uno velle tenere sinu. #	
23)	Quaelibet insano me cogit amare furore.	
24)	Quaelibet insano me facit igne mori.	
25)	Si fortuna meo respondet laeta furori,	
26)	Nulla meas fugiet praeda petita manus.	
27)	Nunc hanc, nunc illam, simul has futuemus et illas.	
28)	Quodque diu pascet mentula gramen habet.	
29)	Quodque prius non hanc petii me poenitet urbem.	
30)	Haec quoque quae facta est, nostra fuisset, anus.	
31)	Este mihi faciles, nitidissima turba, puellae,	
32)	Certatimque omnes vota subite mea.	

33)	Accipite, et lectis bene respondete tabellis,	
34)	Et mihi promissa gaudia nocte date.	
35)	Falle virum, si qua es rigido coniuncta marito.	
36)	Falle tuam matrem, filia, falle patrem.	
37)	Immemor officii non fiet musa recepti.	
38)	Sentiet et meritum quaeque puella suum.	
39)	Decantata mihi toto celebraberis orbe,	
40)	Et decus et facies non cadet ista diu.	
41)	Iamque opus aggredior. tantum mihi ferte papyri,	
42)	Quantum Niliacis fertur inesse locis.	
	6.2. Ad Phoebum	
1)	Phoebe, veni, propera, non est mora, tuta, citatus	
2)	Fer medicae fessos quae levat artis opem.	
3)	Curre. meam tristi vexat langore puellam,	
4)	Et pallore gravi febris acerba notat.	
5)	Formosae auxilium non te praestare pigebit. #	
6)	Et palpare levi candida membra manu.	
7)	Invidiam haec aliis movet ars cupiuntque citari.	
8)	Iuppiter hanc artem non didicisse dolet.	
9)	Invideat quicumque velit, dum certa medendi	
10)	Ars tua sit, succis herbaque nota suis.	
11)	Ne pereat succurre, precor, succurre duobus.	
12)	Illo sanato corpore, sanus ero.	
13)	Si cadit illa, cadam. sed si valet illa, valebo.	
14)	Una simul vitae causaque mortis erit.	
15)	Ignes tentavit non haec extinguere Vestae,	
16)	Nec Capitolini templa cremare Iovis.	
17)	Cui stricto iugulum solvit temeraria ferro,	
18)	Fallacive dedit nigra venena manu?	
19)	Si me crudelis totiens finire coegit	
20)	Hanc animam, nondum vita relicta mea est.	
21)	Si se venturam (grave cum sit fallere) dixit,	
22)	Deceptus mitti fulmina nulla peto.	
23)	Si quid triste deos, si quid crudele poposci,	
24)	Fer terras rapidus, per freta ventus agat.	
25)	Illa tuis mecum pro templis stabit et aris,	
26)	Et meritas laudes supplice voce canet.	
27)	Delos ut excepit matrem, partuque gemello.	
28)	Quae vaga terra fuit, nunc stet ut illa mari.	
29)	Utque triumphatas, strato Pythone sagittis,	
30)	Et pompas potuit Iuno, videre tuas.	
31)	Utque haesit, duras valuit nec stringere fauces, #	
32)	Invasit vatis cum caput ore draco.	

33)	Et quos pro lacero vastarit bellua nato	
34)	Immanis campos et sata laeta boum.	
35)	Et qualem Niobe sensit fastosa rigorem	
36)	Orba suis natis, tot modo visa potens.	
37)	Et quae Latonae fontem turbavit, in illis	
38)	Ut nunc rauca suis turba cohaxet aquis.	
39)	Hostia praeterea summo servata Tonanti	
40)	Icta cadet, multis ambitiosus honor.	
41)	Quid mora lenta tenet? niveus iam taurus ad aras	
42)	Ducitur, et vino cornua fusa madent.	
43)	Cur crepitare fores, cortinaque reddere murmur,	
44)	Visaque cum longa est flamma volare face?	
45)	En deus, ecce deus (sanabere, Martia) multam	
46)	Affert succincta veste serenus opem.	
	6.3. Ad Michaelem	
1)	Sumne bonus vates? dixi mala nostra venire,	
2)	Et quae ridebas, esse futura tibi?	
3)	Dic ubi nunc illa est rigidi constantia vultus,	
4)	Illaque magnanimi verba superba viri?	
5)	Es memor ut nullis aures praebere solebas,	
6)	Atque salutantes nolle videre viros?	
7)	Iamque tibi fastus cecidit, blandique fateris	
8)	Servitium, molli sunt et in ore preces.	
9)	Iamque tuam faciem pallor maciesque notavit.	
10)	Iam vigilas noctes, iam vigilasque dies. #	
11)	Et penitus longo gemitu tua pectora rumpis,	
12)	Inque sinus lachrymae moestae per ora cadunt.	
13)	Deficis interdum collo suspensus amicae,	
14)	Membraque sunt gelida frigidiora nive.	
15)	Et vidi insertis inserta labella labellis,	
16)	Cumque fuit lingua linguae revincta tuae.	
17)	Optabas animam gremio exhalare puellae,	
18)	Et per delicias et tua vota mori.	
19)	Sic hederæ trunco, sic vitis iungitur ulmo,	
20)	Sicque mari praensum polypus arctat onus.	
21)	Eque sinu medio divelli reris ab aura.	
22)	Et nunc dimota fronde vereris idem.	
23)	Occideras, si quis praeter tua limina tendit,	
24)	Aut si quis clausas excreat ante fores.	
25)	Saepe sedes sine mente miser, similisque cadenti,	
26)	Fabula si qua tibi non bona dicta fuit.	
27)	Saepeque discurre, veluti stimulet Erynnis,	
28)	Isque per ardentis, per madidasque vias.	

29)	Obvia saepe tuo discussa est pectore turba.	
30)	Ulterius quamvis saepe venire venis.	
31)	Nescio qui vivis, si non nutriris amore.	
32)	Nil laticis subit haec, nil subit ora cibi.	
33)	Succus abest, ceciditque caro, venaque rigescunt.	
34)	Nil esses, si non pellis et ossa fores.	
35)	Me miseret, possumque tuos non ferre dolores,	
36)	Et qua tu pateris poena molesta mihi est. #	
37)	Quid sit amor sentis, et quae iacit arma cupido.	
38)	Nec ridere potes nunc velut ante malum.	
39)	Excute, si poteris, medio de pectore flammam,	
40)	Dum novus est, necdum fortius urget amor.	
41)	Excute de collo quibus es nunc pressus aratra,	
42)	Ne, plus, quam credas, illa ferenda feras.	
43)	Principio quaecunque datur medicina iuvabit:	
44)	A lenta nullam morbus habebit opem.	
45)	Verba dare vides ventis et inaniter undis.	
46)	Consilium perdo, tempora perdo mea.	
47)	Haec ego. Tu lentus miseros meditaris amores.	
48)	Peius quam rebar pectore vulnus habes.	
49)	Et quantum valeo miseras depraendere curas,	
50)	Occidis, et nullo tempore sanus eris.	
51)	Iamque vale. Effusis quantum potes utere velis.	
52)	Quoque vocat ventus, per mare navis eat.	
53)	Sed cum vela cadunt, et cum Symplegadas intras,	
54)	Sis memor a clavo non remove manu.	
	6.4. Ad Alamanum. S.	
1)	Desperas Alamane malo non posse mederi	
2)	Vulnera non ulla vivere credis ope.	
3)	Es novus et tyro descendis ad arma, nec ante	
4)	Ulla tibi saevus spicula torsit Amor.	
5)	Sic prima indomiti patiuntur aratra iuveni,	
6)	Primaque frena novi sic patiuntur equi.	
7)	Quicumque in stimulos pugnat, male pugnat acutos. #	
8)	Quodque feres apte: non grave fiet onus.	
9)	Qui patitur patienda diu, nec ferre recusat,	
10)	Non in dimidia parte doloris erit.	
11)	Disce pati et rigido collum hoc assuescat aratro,	
12)	Et tibi libertas dempta sit illa diu.	
13)	Sed, quantum video, non fers leve pectore vulnus,	
14)	Et quod sanandum non reor esse brevi.	
15)	Non tam grande malum est, quod non sperando levare	
16)	Possit. in aegroto spes magis arte valet.	

17)	Vidi ego iam multos morbo graviore teneri.	
18)	Sed post devicto convaluisse malo.	
19)	Tu quoque ne dubita, melioraque concipe: fiet	
20)	Hic qui nunc urget, mitis et aequus amor.	
21)	Ille repugnanti multo violentius instat,	
22)	Cumque sua invitum regna subire videt.	
23)	Ille suis telis cave te sciat esse rebellem.	
24)	Si sciet, optabis saepe perire die.	
25)	Cede deo, quantumque potes te trade furori.	
26)	Illo (crede mihi) praeside victor eris.	
27)	Ille etiam fastus durae contundet amicae,	
28)	Et faciet lentae poenituisse morae.	
29)	Inspice, Pomonae si claudere profuit hortos.	
30)	Inspice Cydippes Iasidosque dolos.	
31)	Tu modo per longum traducas tempus amorem.	
32)	Sitque per immensas pallor in ore moras.	
33)	Quae det sera dies, quae det patientia multis, #	
34)	Quaeque etiam serus vota det, annus habet.	
35)	Haec qua nunc dura est, matura videbitur uva.	
36)	Et quae nunc seges est, semen et herba fuit.	
37)	Iam veniet speratus amor, mediisque lacertis	
38)	Implicito stupidus basia lata dabis.	
39)	Inter delicias et verba iocosa iacebis	
40)	Languidus, et credes deficiendo mori.	
41)	Teque videre velim, quo vultu gaudia iungis,	
42)	Et cum supremum fervet amoris opus,	
43)	Mox etiam lassum stupido langore videre,	
44)	Atque ministerio membra soluta suo.	
45)	Haec ventura tibi tum me dixisse subibit.	
46)	Tu dices, vates quod tibi verus eram.	
47)	Vera sit, ut loquitur, vox, et praenuntia veri	
48)	Ominis, et nulla decipiatur ave.	
	6.5. Ad Iacobum. S.	
1)	Fas, Iacobe, tuas mihi sit praebere parumper	
2)	Aures, et parti quae loquor adde bonae.	
3)	Vivere non tecum, sine te nec vivere possum.	
4)	Te sine, vel tecum vitaeque nulla mihi est.	
5)	Quid faciam? durum est sub te traducere vitam.	
6)	Durius est, si te destituisse velim.	
7)	Si quis erit, cui forte domus non ista placebit,	
8)	Dicetur vere mente carere bona.	
9)	Gratior hac toto nulla est et amoenior orbe	
10)	Et magis effusas nulla ministrat opes. #	

11)	Saepe aliae ponunt mensas, iterumque reponunt:	
12)	Hic omni structa est tempore mensa cibis.	
13)	Fronte bona et vultu lances speciosa sereno	
14)	Condit, et innumeras officiosa dapes.	
15)	Victus es Antoni, victa es Cleopatra decore	
16)	Coenae, cum illusit te tua, Bacche, Venus.	
17)	Lautior accubuit nullus conviva sub illo,	
18)	A quo Pompeio turdus habendus erat.	
19)	Per mare, per terras repetens cerebella volucris	
20)	Non tamen ad tales dicitur isse thoros.	
21)	Et nunc Evandrum, nunc effert fama Molorchum:	
22)	Non erat haec illo tempore nota domus.	
23)	Quis tecum nollet tantis sub moribus esse,	
24)	Et te sub tanta nobilitate frui?	
25)	Tu Curium Tatiumque potes gravitate monere,	
26)	Et tu consilium, quod Numa poscat, habes.	
27)	Dictares rigido censurae iura Catoni,	
28)	Subque tua melior lege Lycurgus erit.	
29)	Omnibus inservis caris iucundus amicis.	
30)	Gratia per cunctos it tua larga viros.	
31)	Plenaque divitiis nulli tua clauditur arca,	
32)	Et tua non magis est quam mea, tota domus.	
33)	Et quem non facit hoc: (rogo) quid facit esse beatum?	
34)	Et cui non placet haec, quae (rogo) vita placet?	
35)	Hei mihi, quod minimum fellis mei reddit amarum.	
36)	Turbatur minimo candida lympha luto. #	
37)	Vidi inter duras adolescere lilia saepes,	
38)	Inter et urticas saepe virere rosas.	
39)	Et dicam, et quoniam lingua est mihi prompta loquendi,	
40)	Narrabo quicquid mens volet ipsa loqui.	
41)	Impetus est mediis mihi saepe assurgere mensis,	
42)	Et iacere has mensas appositasque dapes.	
43)	Quis furor est illis vetulas astare prophanas?	
44)	Ulla, nisi effoeta est, non tibi servit anus.	
45)	Hei mihi quid stomachi faciunt tua pocula, quando	
46)	Agnes rugosa porrigit illa manu.	
47)	Me revocare cibos medio de pectore cogit,	
48)	Tartara luminibus cum stetit ante suis.	
49)	Omnia disturbat tactu Caparoza, maligno.	
50)	Et posita afflatu putrida vina facit.	
51)	Amoveat, teneatque suum Guissana flabellum.	
52)	Malo miser muscas ebibere ipse meas.	
53)	Non ego, Tisiphone visa quod fugerit Ino,	
54)	Mirror, in Ionium decideritque mare.	
55)	Mirror Domnina quid visa stemus in urbe,	

56)	Et quid non vastis accipit Arnus aquis.	
57)	Prototomus Baptista suo sine pollice nunquam	
58)	Dividit, et vivo frustra cruore madent.	
59)	Rappa venit rarus: veniat rarissimus opto.	
60)	Coena boni quicquid praeparat, ille rapit.	
61)	E stabulis pincerna tibi Corradus habetur,	
62)	Immundus vermes qui modo tersit equis. #	
63)	Quique gerit nomen vacuae de sorde cloacae:	
64)	Vina dat in cyathis, in phialis dat aquas.	
65)	De me cura tibi gravis est, nimiumque severa.	
66)	Qui mihi sint mores, quae mihi vita petis.	
67)	Observes ne me, nec quae sit vita requiras,	
68)	Inque hoc sis lenta simplicitate velim.	
69)	Et nunc quo tendam, veniam nunc unde, fuitque	
70)	Quis mecum, et cum quo nunc petis ipse fui.	
71)	Nemo caret vitio, dedit hoc Natura, nec ullum	
72)	Fecit ut ex omni parte sit ille bonus.	
73)	Magnanimos dextra qui nescit mittere talos,	
74)	Saepe solet talis peius habere malum.	
75)	De furio stuproque domus tua tuta locetur.	
76)	Deque aliis non sit cura laborque tibi.	
77)	Quod si perspicue nimium nimiumque requires,	
78)	Invenies ovo quolibet esse pilum.	
	6. 6. De Munere	
1)	Ecce novae redeunt Martis, mea cura, calendae.	
2)	Hei mihi, non licet hoc me dare verba die.	
3)	Quisque recognoscit speratae gaudia noctis.	
4)	Quae bene servivit dona puella capit.	
5)	Quid faciam? non illa die, non nocte negavit.	
6)	Ut volui, sic se praebuit illa mihi.	
7)	Nil ego si dedero, potero non gratus haberi,	
8)	Et dici officii non memor esse sui.	
9)	Res mea tam parva est, tamque est mea parva supellex: #	
10)	Uncus ut ex omni parte trahendus eat.	
11)	Velle tamen certum est aliquid donare, necesse	
12)	Sive foret superos, sive negare Iovem.	
13)	Si volet hanc animam, dabimus (mora nulla tenebit)	
14)	Pectore si medio cor volet illa, dabo.	
15)	Si me sub flammis, si me volet ire sub undas,	
16)	Ibimus, et mortis omne subibo genus,	
17)	Si quem forte mihi Ganymedem fata dedissent,	
18)	Miscerem famula pocula grata manu.	

19)	Non miror gelido coelo quod fulgeat Arctos:	
20)	Miror quod sceptrum non tenet illa Iovis.	
21)	Quod Theseus Helenam rapuit, quod reddidit illam,	
22)	Quod Paris excidium maluit esse suis.	
23)	Nil sapit, et nimium fugit hunc me iudice verum,	
24)	Thesea qui Paridi praeposuisse velit.	
25)	Nec mihi magnanimum nec fortem narret Achillem:	
26)	Raptoris potuit coniugis arma sequi.	
27)	Gratetur sibi quisque licet: me propter amicam	
28)	Mille pati mortes suspicor esse nihil.	
29)	Retia per montes iubeat me ferre nivosos,	
30)	Et dare in adversas pectora nuda feras	
31)	Et nunc me vivos catulos efferre leenae,	
32)	Nunc velit aut ursas, aut velit illa lupo.	
33)	Nunc latus oppositis faciat praebere sagittis,	
34)	Certior Hylei sit manus illa manu.	
35)	Nil sentit, qui non sic iudicat. Aut amo quantum #	
36)	Nemo amat, aut nullo cor salit igne meum.	
37)	Vel non tentanda est, vel si tentare libebit,	
38)	Fac res quo debet fiat ut illa modo.	
39)	Arbitrio dominae sedeo, curroque, voloque.	
40)	Et mea, ni iubeat: non subit ora cibus.	
41)	Nunc quodcumque domi es*, nunc et domus ite sub hastam,	[ ]Is he speaking to his belongings?
42)	Auctio de cunctis fiat ut una bonis.	
43)	Cunctaque si vendam, forsitan conflagrabitur assis.	
44)	Hunc mihi si dederis, sint tua cuncta mea.	
45)	Hoc ego vel malvas vel betas asse parabo.	
46)	Mittentur dominae talia dona meae.	
	6.7. In Iovem	
1)	Iuppiter, assiduo si sic facis improbe, amici	
2)	Cum tibi sint pauci, postmodo nullus erit.	
3)	Est bene quod coeli petiisti summa, furentes	
4)	In tua ne possim pectora ferre manus.	
5)	Tene bonum credam, poteris qui saepe nocere	
6)	Uxori et nato, quique nocere patri?	
7)	Non satis est toties praelati iniuria lecti,	
8)	Sed triste e coelo Iuno pependit onus.	
9)	Et tuus est per te summo deiectus Olympo	
10)	Lemnius, effracto crureque tardat iter.	
11)	Per te Saturnus pater exultat, et latet illa	
12)	Terra, quae Latiam nunc quoque nomen habet.	
13)	Per loca nota parum quamvis pueriliter isset,	

14)	Fulmine crudele est quod Phaetonta petas. #	
15)	Quid meruit Semele, quae fulminis occidit ira?	
16)	Quaeque sub Arctoo est Parrhasis Ursa polo?	
17)	Quae tot pressa fuit tantisque laboribus Io,	
18)	Iunoni debet, non tibi, facta dea.	
19)	Nil te deterius tellus, nil vidit et aether	
20)	Styx nigra te vidit deteriusque nihil.	
21)	Sub te iam ferrum, sub te iam prodit et aurum:	
22)	His genus humanum bella duobus agit.	
23)	Perdideras undis orbem, vis perdere et igne,	
24)	O si tum flammas sumat uterque polus.	
25)	Tempore magnorum fuerim si forte gigantum,	
26)	In montes frustra fulmina missa forent.	
27)	Te mihi non aries caelasset imagine falsa,	
28)	Texit in Aegypto cum nova forma deos.	
29)	Quod te silva tulit, quod sis lapis ortus, et ori	
30)	Quod lac capra dedit, mos probat iste tuus.	
31)	Errat et hic, si quis tibi numina cogitat esse,	
32)	Vel si templa locat, vel pia vota facit.	
33)	Depictum expingam, truncabo et cornua fronti,	
34)	Excutiamque tua tela trisulca manu.	
35)	Templaque succendam, vel quo Longa Alba tuetur,	
36)	Aut in Tarpeia Roma quod arce tenet.	
37)	Succidam quercum, quaecunque fit obvia, ferro,	
38)	Hic licet humana voce columba canat.	
39)	Disiiciam fontem, media quo fervet in umbra,	
40)	In medio rursus quo gelat unda die. #	
41)	Es ne ausus, scelerate, scelus committere tantum?	
42)	Et scelere in tanto tantum animi ne fuit?	
43)	(Crede mihi) tanti solvetur poena furoris,	
44)	Et tanti dabitur debita poena mali.	
	6.8. Ad Marullum	
1)	In superum coelique patrem quae me impulit ira,	
2)	Causaque quae movit, docte Marulle, rogas.	
3)	Taedia ne subeant, lachrymas dum sicco cadentes,	
4)	Et dum me totum colligo mente mea.	
5)	Sit quamvis meminisse dolor, memorareque vulnus	
6)	Innovet, hoc pro te ferre patique volo.	
7)	Ardua causa fuit, par non fuit ira furori.	
8)	Hoc mihi quod fecit, non probat esse Iovem.	
9)	Vivebat fulvo longe pretiosior auro,	
10)	Inter delicias unica pica meas.	
11)	Curarum fuit haec oblivio longa mearum,	

12)	Haec fuit ex omni longa labore quies.	
13)	Huic hominis praeter formam nil defuit unquam.	
14)	Hac didicit nemo certius ore loqui.	
15)	Saepe salutabat, reddebat saepe salutem,	
16)	Iungeret ut cunctis nomina vera viris,	
17)	Accipere, et certas aliquis dum reddere voces	
18)	Miratur, stupidus constitit ante domum.	
19)	Pro me dilectas properabat adire puellas.	
20)	Talia narrabat qualia verba dabam.	
21)	Hac etiam memini centum futuisse puellas. #	
22)	Mentiar, has si non mille fuisse putem.	
23)	Si qua mea ex arcu fugiebat missa sagitta,	
24)	Praesto erat e cunctis illa referre locis.	
25)	Res mea si qua mihi cecidisset, nulla tenebat,	
26)	Res mea dum non est illa reperta, quies.	
27)	Nil puer admisit, quod non mihi cauta referret,	
28)	Ut paedicatus, quotque quibusque modis.	
29)	Saepe merum sitiens, et lympham saepe bibebat.	
30)	Laeta bibit lympham, laetior illa merum.	
31)	Unum erat hoc illi vitium, res una notavit:	
32)	Ebria quod vino saepe sepulta fuit.	
33)	Terruit o quoties fures mea tecta petentes,	
34)	Dum mea, non picae, verba fuisse putant.	
35)	Volvebat libros, et verba notata legebat,	
36)	Illa Latina licet, Graeca vel illa forent.	
37)	Saepe etiam rostro scripsit, nec laude carebat	
38)	Pulchrior hac non est littera visa mihi.	
39)	Saepe puellares digitos optavit habere.	
40)	Humanas doluit non habuisse manus.	
41)	Non, inquit, Pallas, non me vicisset Aracne,	
42)	Meque Semiramium non super asset opus.	
43)	Cantabat: non hac melius cantabat Arion.	
44)	Non fuit hac Phoebus doctior arte lyrae.	
45)	Orphea si silvas traxisse, Amphiona muros	
46)	Fertur, ab hac cithara victus uterque foret.	
47)	Hac si picarum, pugnasset turba: magistra, #	
48)	Calliope sacras destituisset aquas.	
49)	Vicit passerulum quem flevit, amica Catulli.	
50)	Hac visa Stellae nollet Ianthis avem.	
51)	Excessit Publi lususque iocosque catellae,	
52)	Quique sua Perthae nomen in urbe tenet.	
53)	Gratior et corvo cui se miscere Quirites	
54)	Assueti, et multa credere verba fide.	
55)	Me miserum, tamen haec periit mea pica: deosne	
56)	Esse putem, tantum qui rapuere boni?	

57)	Nunc aquilae tenet illa locum, servitque Tonanti	
58)	Mille Iovi rapiet pro Ganymede mares.	
	6.9. Ad Martiam	
1)	Quam legis et retines digitis est littera felix,	
2)	Sed longe felix, si sedet illa sinu.	
3)	Osculaque admotis libavit forte labellis,	
4)	Dum niveo nodum solvere dente paras.	
5)	Forsitan assensus tacitis praenovit ocellis.	
6)	Optatique fidem pignora certa mei.	
7)	Sic reor. Hi faciles promittunt omnia vultus.	
8)	Arguitur facie nulla repulsa tua.	
9)	Non bene rusticitas generoso in corpore vivit.	
10)	Durities formae non sedet apta tuae.	
11)	(Crede mihi) noto vidi sine nomine multas,	
12)	Quae titulo formae rusticitate carent.	
13)	Tu pretium manibus totis non vile teneto,	
14)	Et cave ne tua dos impietate cadat. #	
15)	Cum primum ipse tuos conspexi lumine vultus,	
16)	Tum sine vel sensu vel sine mente fui.	
17)	Obstupui, et dum me nimium nimiumque moraris,	
18)	Miranti nullus sedit in ore color.	
19)	Pristina mens postquam rediit, meque ipse recepi,	
20)	Suspikor haec, dixi, quod dea numen habet.	
21)	Si pictas pharetras, pictos si ferret et arcus,	
22)	Haec esset Phoebi casta Diana soror.	
23)	Pectore si clypeum, manibus si sumeret hastam,	
24)	Haec mihi iuranti non nisi Pallas erit.	
25)	Creduntur Dryades Idae sic isse sub umbras,	
26)	Dum puer ignotum per nemus iret Hylas,	
27)	Cum victa lapsos nitidae legere capillos,	
28)	Et stupidae dociles destituere choros.	
29)	Menalus venata iugis sic Parrhasis ibat	
30)	Exploratori pressa puella Iovi.	
31)	Non aliter doctis Herse veniebat Athenis,	
32)	Aligero placuit cum soror una deo.	
33)	Tum validas medio cepi sub pectore flammas,	
34)	Et rapuit validos tota medulla focos.	
35)	Extenuor, caecoque miser dilabor amore.	
36)	In cineres abeunt ossa cremata leves.	
37)	Nescio quem memorant Sicula tellure Typhoeum	
38)	Ignivomum: flammis vincitur ille meis.	
39)	Colchidos afflantes potuerunt vincere tauros	
40)	Carmina: carminibus non mea flamma cadet. #	

41)	Occidit et monstrum iaculans e natibus ignem.	
42)	Bellerophontea victa Chymera manu.	
43)	Sed gravis e nostro secedet corpore nunquam,	
44)	Cumque mea vita finiet iste furor.	
45)	Unde mei vigilant oculi, nox unde videtur	
46)	Longa mihi? visa est cur mihi longa dies?	
47)	Non me destituunt curae, semperque fatigor,	
48)	Et secum nunquam mens operosa silet.	
49)	Cogito mille artes per quas sanarer amore.	
50)	Invenio fraudes, invenioque dolos.	
51)	Saepe datis volui nutricem rumpere donis.	
52)	Haec tamen auxilium perfida ferre negat.	
53)	Saepe tuos, fateor, lustravi nocte penates,	
54)	Si qui aditus, vel si lenta fenestra foret.	
55)	Inserui quoties per rimas brachia valvis,	
56)	Ut possem a duro tollere poste seram.	
57)	Saepe mihi dixi: Quid cessas fortibus actis?	
58)	Quid tibi cum precibus? vi facienda tua est.	
59)	Quid dubito raptam duro defendere ferro?	
60)	Quid timeam, in nostro te recubante sinu?	
61)	In me omnes enses, in me omnia tela vibrentur.	
62)	Frustra enses, frustra tela vibrata forent.	
63)	Tentabo primum. sed si tentata repugnes,	
64)	Persequar insanus quod mihi dictat amor.	
	6.10. Ad Albinum	
1)	Albine, ingenio nulli cessare vel arte #	
2)	Salve, et sint vitae tempora laeta tuae.	
3)	Obstupui, doctis dum tentas carmina nervis,	
4)	Dumque moves docili plectra canora manu.	
5)	Dulcia sublimi dum promissis verba cathedra,	
6)	Mellifluus sacro stillat ab ore liquor.	
7)	Sic solet Eoae redolescere spiritus aerae,	
8)	Plurima cum cultor cinnama legit Arabs.	
9)	Sic et gratus ager tenui districtus ab Euro,	
10)	Cum vernae flores depopulantur apes.	
11)	Hunc madidus Cilicum crinis diffundit odorem.	
12)	Hoc et Corycius spirat odor e crocus.	
13)	Tereos haud aliter crudelia facta queruntur,	
14)	Cum nato mater, cumque sorore soror.	
15)	Creditur hos cantus audire Cayster in undis,	
16)	Dum videt extremae tempora mortis olor.	
17)	Si foret hac usus cithara Rhodopeius heros,	
18)	Liquissent Ciconum saxa cruenta nurus.	

19)	Et licet Euridicen spectasset terga prementem,	
20)	Euridice infernas non repetisset aquas.	
21)	Sit quamvis tua Musa mihi gratissima, fiet	
22)	Gratior, et summam muneris illa feret.	
23)	Si commendabit tibi me fidissima, et unum	
24)	Ante omnes si te dicet amare deos.	
	LIBER SEPTIMUS	
	7.0. Ad Lectorem	
1)	Septem de sapientia libellos,	
2)	De virtuteque continentiaque	
3)	Et de religione castitatis	
4)	Octo de moderantia, bonoque	
5)	Et fato, ac anima novem, decemque	
6)	Scripsi de superum Iovisque cura.	
7)	Non illos legis, et sinis perire?	
8)	Hos mavis? malus es. bonum putabam.	
	7.1. Ad Lectorem	
1)	Non assis facies unquam mea carmina, lector,	
2)	Si non materia est moribus apta meis.	
3)	Cum bene lascivit luxu resoluta protervo	
4)	Musa, meae poteris mentis habere modum.	
5)	Heu cave ne miserum mala te concoeperit hora.	
6)	Si mala concoepit, non bonus esse potes.	
7)	Ecce ego nequitiam nequeo finire procacem:	
8)	Morte cadet, senio non cadet illa meo.	
9)	Ad mala sum nimium iuvenis robustus et audax.	
10)	Ad bona sum nimium segnis inersque senex.	
11)	Si quod opus iubeas clara virtute subire,	
12)	Deficiunt animi, deficiuntque manus.	
13)	Si quod erit crimen, nullo cogente subibo.	
14)	Hac animi mihi sunt, hac et in arte manus. #	
15)	Deperit ingenium, si quid laudabile tento.	
16)	At si quid miserum dicere tento, valet.	
17)	Saepe aliquis dixit quid perdis, Maxime, carmen?	
18)	Et quid non dignum carmine teque canis?	
19)	Carminem meum simul dignum cantare parabam:	
20)	Non aptum e calamo proveniebat opus.	
21)	Saepe gravi volui componere carmina plectro,	
22)	Sed mea propositum mentula rupit opus.	
23)	Herculeas laudes meditabar, et arma Tonantis,	

24)	Mente sed in nostra protinus illud erat:	
25)	Quae Iovis incurvum Ganymedem sceptrā premebant,	
26)	Et quae Tirynti clava premebat Hylam.	
27)	Romanas acies Troianaque bella poetae	
28)	Decantent alii, claraque gesta ducum.	
29)	Me iuvat in tenui deducere carmen avena.	
30)	Non, sic nequitas qui canet, alter erit.	
31)	Quae facit invitus, raro bene facta probabis,	
32)	Sed bene, quae veniunt sponte, probare potes.	
33)	Libera per silvas quae quondam dulce canebat,	
34)	Nunc clausa in cavea triste queretur avis.	
35)	Fac tamen ingenium claris se accingere rebus	
36)	Posse meum, et docta velle tonare tuba,	
37)	Dic ubi materia, est alto cantanda poetae,	
38)	Dic si quid toto laudis in orbe vides.	
39)	Hercule nunc opus est: quocunque est Cacus in antro,	
40)	Quocunque, in stabulo sunt Diomedis equi. #	
41)	Exposcunt satyras mea tempora. prospice sensu	
42)	Nostra bono, et satyrus non tibi mollis ero.	
43)	Felle madet carmen, risu mordemus amaro.	
44)	Pluraque quam credis: lingua venena movet.	
	7.2. In Lectorem	
1)	Insanis, lector? Mihi quid maledicis? et in me	
2)	Quid iacis a nullo verba ferenda viro?	
3)	Iuro deos: si non exemptus rebus abessem,	
4)	Hanc nemo faciem nosceret esse tuam.	
5)	Non pudet extinctum lingua vexare canina?	
6)	Inque meos cineres dicta profana loqui?	
7)	Auderes nunquam mihi talia dicere vivo.	
8)	Non haec auderes: si mihi vita foret.	
9)	Nil habet hic animi: qui sese exercet in illum:	
10)	Qui nil iam sentit nilque referre potest.	
11)	Confer te vivis inque hos insurge. malignos	
12)	Invenies dentes qui tibi fauce ruet.	
13)	Accusas, damnasque meum sine fine libellum.	
14)	Et latras nostris moribus esse parem.	
15)	Lucano galeam quis vidit, et esse Maroni,	
16)	Cum bella altisono cantet uterque pede?	
17)	Armaque non movit nec praelia doctus Homerus,	
18)	Ille licet Troia praelia et arma canat.	
19)	Cynthia non habuit parvum, nec Delia penem,	
20)	Quaeque adiit vatis tecta Corynna die.	
21)	Nam miscere solent cum veris falsa poetae. #	

22)	Ficta canunt, dictis nec datur ulla fides.	
23)	Ingenii nihil est, nihil est hoc pectore sensus,	
24)	Qui me cum vita iungere scripta putas.	
25)	Disce sacros vates, cognataque semina coeli,	
26)	His etiam in terris sanctius esse nihil.	
27)	Caetera si delet, delet mors nulla poetas.	
28)	Urna quidem famam non tegit, ossa tegit.	
29)	His superi cessere honos sine crimine mores,	
30)	Fecere et molles carmine, mente probos.	
31)	Distat ah hoc nostro mea tam natura libello,	
32)	Quam tua cum verbis facta propinqua manent.	
33)	Sum procul a vitiis, quantum es tu proximus illis.	
34)	Tam bona vita mea est, quam mala vita tua est.	
35)	Quid rides, nasumque acuis, quidve, improbe, dicis?	
36)	Me rumpis, recta nec sinis ire via.	
37)	Nondum omnis perii. super est pars maxima Manes:	
38)	Qui te non uno nocte furore prement.	
39)	I iuris te poena vocat mortalibus horror,	
40)	Dictabunt, somnos excutientque graves.	
41)	I mihi, teque meis catulis facturum amicum	
42)	Latrabunt multa nocte silente cane.	
43)	Ante tua horrendas vibrabunt ora cathenas,	
44)	Inque tuum mittent guttur inane faces.	
45)	Ex oculis ignes fundent, e pectore virus,	
46)	Et tua tentabunt frangere colla manu.	
47)	Ipse tuum, pectus penetrabo, et viscera volvam, #	
48)	Discurramque intus more fluentis aquae.	
49)	Saepe tuos cogam laqueis finire dolores,	
50)	Aut a praecipitis te dare rupe iugi.	
51)	Vel tua mandabo penetralia rumpere ferro,	
52)	Aut multae in patulo fonte peribis aquae.	
53)	Vana facis mea dicta? Petas hac nocte cubile.	
54)	Iam mea non dices verba carere fide.	
55)	Non voce effugies trepidus, moriere sepulchro.	
56)	Et tibi non Ajax mortuus, Hector ero. #	
	7.3. De Puero	
1)	Ad me cum puerum talem duxisset etruscus:	
2)	Qualem rara solet mensa videre Iovis:	
3)	Hunc ait apprensus totum tibi tradimus aure:	
4)	Haereat ut lateri nocte dieque tuo.	
5)	Diique deaeque velint isto tenearis amore.	
6)	Si paedicabis, non nisi doctus, erit.	
7)	Tunc ego. libertas placet haec concessa pudori.	

8)	Cogor et officio parciore esse tuo.	
9)	A cane me nosces longe distare rapaci,	
10)	Cui digitum si das, arripit ore manum.	
11)	Nescio quod numen vultu consistit in isto.	
12)	Hic plus humana sorte vigoris habet.	
13)	Ne dubita, bonus est: melior iam fiet, ab omni	
14)	Doctrinam dices parte bibisse meam.	
15)	Laetus abit. capio laetus mea gaudia. longam	
16)	Omne mihi visum est tempus habere moram. #	
17)	O macta virtute patrem, solumque probandum,	
18)	Et qui tam magna solus in urbe sapit.	
19)	Hic puero culum, penem ligat ille magistro.	
20)	Creditis hoc, stulti, discere posse modo?	
21)	O fortunatum cui me fecere magistrum,	
22)	Grataque cui talem fata dedere patrem.	
23)	Hei mihi quam lentas sol hic descendit in umbras.	
24)	Hei mihi quam lento nox subit atra pede.	
25)	Nos thalamus quando iunget complexibus ambos?	
26)	Visaque quando oculis haec erit hora meis?	
27)	Hic cithara miseros noctu cantabit amores.	
28)	Ille gemet, fixas unus et alter aget.	
29)	Tum tibi fabellas gremio narrabo iacenti,	
30)	Tum mihi narranti basia longa dabis.	
31)	Cum venti efflabunt, somnum captare placebit:	
32)	Et cum de tectis tinnula gutta cadet.	
33)	Meque tua illabi fessum cervice iuvabit,	
34)	Et lassum admissa rumpere luce lateris.	
35)	Alter opes nummisque gravem desideret arcam,	
36)	Iugeraque insano vertere latera bove.	
37)	Scire voles carmen: dictabo carminis artem:	
38)	Quattuor ut deceant, ut modo quinque pedes,	
39)	Ut modo, quae brevis est, fiat tibi syllaba longa,	
40)	Qua solet attolli, qua solet arte premi.	
41)	Saepe tibi nervos tendam, plectrumque movebo.	
42)	Saepe meam faciam te retinere lyram. #	
43)	Verus eris vates. sacra cingere corona.	
44)	Ponetur foribus laurea festa tuis.	
	7.4. Ad Martiam	
1)	Martia, miraris ferat haec cur littera nullas	
2)	Blanditias. Illas novimus esse nihil.	
3)	Quid lachrimae, mollesque preces, quid carmina possint,	
4)	Edidici. sterilis nil mea musa valet.	

5)	Quid mihi cum calamo? digitis quid plectra movemus?	
6)	Quid docta dociles prodimus arte sonos?	
7)	Apta mihi vis est, et stricto praelia ferro,	
8)	Aptus et est crudus Marte favente cruor.	
9)	Foemineae cessate preces. date viribus omnes	
10)	Blanditiae imbelles, delitiaeque locum.	
11)	Mollia nil possunt, possunt in amore iuvare	
12)	Inviti raptus et violenta manus.	
13)	Rapta nigri iuncta est thalamo Proserpina Ditis,	
14)	Cum patruo Cereris nata coacta iacet.	
15)	Uxorem Boreas si non rapuisset: ab illo	
16)	Non Zethus genitus, non Calaisque foret.	
17)	Quis non Romuleam laudet subitamque rapinam,	
18)	Cum fuerant medio ficta theatra foro.	
19)	Illa dies felix, qua legit quisque puellam,	
20)	Raptorique fuit iuncta Sabina viro.	
21)	Duritiā et ferrum teneas in pectore quamvis,	
22)	Et tetricus duro sit tibi corde silex,	
23)	Te licet Hyrcanae tigris Libycaeque leenae #	
24)	Non vincant, canae nec feritate lupae,	
25)	Ortaque sis inter Scyllam rabidamque Carybdim,	
26)	Et qua se assiduis eiicit unda fretis,	
27)	Aut inter dubias Syrtes Cycladumque recursus,	
28)	Cyaneasque minas, ambiguumque mare,	
29)	Compos ero votique potens (pia Numina testor)	
30)	Sed tamen haec sumpto si valet ense manus.	
31)	Inque sinu trepido si te tegat anxia mater,	
32)	E trepido rapiam te tamen ipse sinu.	
33)	Assistatque pater, geminique in limine fratres,	
34)	Non timeam, non si Mars foret ante fores.	
35)	Mater, ne raperet Briseida fortis Achilles,	
36)	Cumque fero fratres non valuere viro,	
37)	Cum fudit validis Lyrnesia tecta lacertis,	
38)	Aequavitque feras moenia lata solo.	
39)	Sensit Achilleos quisquis fuit obvius enses,	
40)	Cum patria cives procubuere sua.	
41)	Illa virum matremque suam fratresque requirens	
42)	In gremio sedit praeda novella ducis.	
43)	Effugere amplexus poteris tu, perfida, nostros?	
44)	Tune meos thalamos? oscula tum mea?	
45)	Ponentur mea castra solo. Bellona favebit.	
46)	Mars faciet gremio teque sedere meo.	
47)	Oscula multa dabo, mediis tamen illa labellis,	
48)	Siccabo madidas te lacrimante genas.	
49)	Quid loquor? en opus est facto. Quid verba ministro? #	

50)	Audentes nunquam nectere verba solent.	
	7.5. Non differendum	
1)	Omnis ab antiquis renovatur moribus aetas,	
2)	Et puer est omni doctior arte serie.	
3)	Resque novas semper video, semperque renascor,	
4)	Mutato fio semper in orbe novus.	
5)	Candida simplicitas cedit puerilibus annis.	
6)	Consilioque senex non valet, ille valet.	
7)	Cum fuit hic mecum longo post tempore, dixit	
8)	Omnia debueras poscere, lentus eras.	
9)	Lentus eram nimium, nimium mea vota morabar.	
10)	Qui deplumat avem, quam tenet, ille sapit.	
11)	Stultum est velle iterum leporem revocare relictum.	
12)	In casses raro praeda remissa cadet.	
13)	O quoties aliquem vidi, cum sera senectus	
14)	Aggravat, amissi poenituisse boni.	
15)	Non redit ulla dies. pedibus volat illa citatis.	
16)	Et celeri facilis labitur hora die.	
17)	Quod fuit, hoc non est. quod adest, hoc non erit unquam,	
18)	Quodque erit, ambiguum est. utere quicquid adest.	
19)	Non gravidas semper laetus fert campus aristas,	
20)	Nec pingues uvas vinea semper habet.	
21)	Haec nunc, quam spectas tot millia poma ferentem,	
22)	Postmodo non unum quod ferat arbor habet.	
23)	Multa miser potui, quae non fecisse dolori est.	
24)	Torqueor in lenta me tenuisse mora. #	
25)	Tempora non novi stultus mea. Sponte favebat	
26)	Quisque puer votis, quaeque puella meis.	
27)	Oscula non sumpsi totiens porrecta. negabam	
28)	De mensis vecors sumere poma meis.	
29)	Poenitet. et si non serum est, reparabimus omne	
30)	Tempus, et amissum quod fuit ante fruar.	
31)	Sed bene stat. miserumque foret: si forte venirent.	
32)	Nil facerem. non haec mentula posset opus.	
33)	Hei mihi non centum possent relevare iacentem	
34)	Furcillae, extinctum sic premit illa caput.	
35)	Mentula si moritur, moritur non ulla voluptas.	
36)	Paedicare senex si nequit, usque cupit.	
	7.6. Libertas	
1)	Sum meus, et nullo iaceo demersus in igne.	

2)	Nunc ego sum liber, qui modo servus eram.	
3)	Vincula disrupti, caeco sum exemptus amore.	
4)	Et nulla in medio pectore cura sedet.	
5)	In nullo querulas suspendo poste tabellas.	
6)	Humida sunt lacrymis limina nulla meis,	
7)	Non citharae cantusque iuvant, non aera tubaeque,	
8)	Et nulla obliqua tympana pulsa manu.	
9)	Per me secure campo dormitur aperto,	
10)	Secureque iacet iuncta puella viro.	
11)	Quam vult, quisque velit, nec me formidet amantem	
12)	Rivalem nullus me putet esse suum.	
13)	Turpia destitui, cum sit res turpis amare. #	
14)	His ego criminibus terga voluta dedi.	
15)	Quid non audet amor, vel quid tentare recusat?	
16)	Crimina permitti, cuncta licere putat.	
17)	Omnia pervertit, commiscet fasque nefasque.	
18)	Interdum superos esse Iovemque negat.	
19)	Caecat amor. nunquam morti timet obvius ire,	
20)	Vel dare, vel contra vulnera mille pati.	
21)	Hostem fatali donavit Scylla capillo,	
22)	Externumque patri praetulit illa ducem.	
23)	Oblitusque sui simulat nunc esse Dianam,	
24)	Nunc aquilam, nunc se Iuppiter esse bovem.	
25)	Fit focus interdum, formam modo sumit oloris,	
26)	Et modo per tectum divite stillat aqua.	
27)	Martia, flamma meis quondam non parva medullis,	
28)	Excidit ex animo tota relicta meo.	
29)	Iam valeat, quaeratque alium qui tempora perdat,	
30)	Quique sciat dulces perdere blanditias.	
31)	Cumque suis vivat moechis, quos nocte dieque	
32)	Mille fovet cupido semper inepta sinu.	
33)	Non me respectat, non me vult illa: nec illam	
34)	Ipse volo. in legem, quam dedit illa, cadat.	
35)	Est dignum quod quisque facit, patiat, et actor	
36)	Hoc quaque plectatur consimilique modo.	
37)	Digna perire fuit. scelus est quod vixerit unquam,	
38)	Quae mortis voluit me genus omne pati.	
39)	Estes dei testes. Sacras, Dictynna, sagittas, #	
40)	Atque tuas iuro flava Minerva comas,	
41)	Me nunquam posthac rediturum ad limen amicae.	
42)	Succidam, si pes hic volet ire, pedem.	
43)	Destituam laudes, poterat quibus esse superstes,	
44)	Destituam calamum, destituamque lyram.	
	7.7. De Martia	

1)	A me iuravit nunquam cessare Cupido.	
2)	Tunc: ego cum moriar: saevus abibit amor.	
3)	Iuravi quoties collo remove cathenas?	
4)	Sed, bene cum iuro, tunc bene colla ligo.	
5)	Saepe fui strictum conatus solvere nodum.	
6)	Cum conor nodum solvere, iungo duos.	
7)	Sic minimo revocatur amor, crescitque resumptus,	
8)	Et vires gemina fortius auget ope:	
9)	Ut nondum extinctus, sed adhuc in stipite vivus,	
10)	Ignis ab accepto flamine maior erit,	
11)	Ut siquis vulnus bene non sanaverit aeger:	
12)	A male sanato vulnere peius habet.	
13)	Credideram dempsisse iugum, superasse furorem,	
14)	Quodque meo fuerat corde fugasse malum.	
15)	Heu gravius recidi, graviori assumor ab igne.	
16)	Inque meo gravior pectore flamma sedet.	
17)	Qui semel effreno sese subiecit amori:	
18)	Ille sui poterit iuris habere nihil.	
19)	Illeque non poterit gravidi non velle furoris	
20)	Servitium, nullo tempore liber erit. #	
21)	Saepeque differtur, sed non extinguitur ardor.	
22)	Sopitur potius quam cadat ullus amor.	
23)	Montibus interdum vacuus venabar in altis,	
24)	Urgebantque canes in mea lina feras.	
25)	Arboris interdum ponebam membra sub umbra,	
26)	Qua daret exiguae murmura rivus aquae.	
27)	Et nunc per latos campos et prata regebam	
28)	In longos cursus ora ferocis equi.	
29)	Saepe vagis tota spatiabar lentus in urbe	
30)	Passibus. in nullo limine certus eram.	
31)	Forte tamen dubio dum sic errore trahebar	
32)	Per nemora et nemorum per loca sola vagus,	
33)	Nescio quid sensi, vel me sensisse putavi,	
34)	Mota tamen paulum canna palustris erat.	
35)	Accessi, propiorque fui. quis crederet unquam?	
36)	Lilia stringebat lux mea summa manu.	
37)	Visa dedit risum. risus revocavit amorem.	
38)	Sopito maior venit ab igne focus.	
39)	Risit, et ex imo suspiria pectore traxit,	
40)	Et sic est misero molliter orsa loqui:	
41)	Ad te, si nescis, venio. cape gaudia longae	
42)	Desidia, et collo brachia nocte meo.	
43)	Inserere blanda meis tua basia mille labellis,	
44)	Totaque sim toto corpore iuncta tuo.	

45)	Sed tamen hinc salices placidi tendamus ad amnis,	
46)	Divulget nostros ne mala lingua iocos. #	
47)	Haec ait. et tenerae iuncta est, mea dextera dextrae,	
48)	Et iuncti ad salices tendimus. Et futui.	
	7.8. Ad Maurum	
1)	Maura, ducum vatunque decus, cui tempore belli,	
2)	Cuique togae cingit sacra corona comas	
3)	Accusas sopisse meam sine carmine musam,	
4)	Et culpas segnem conticuisse lyram,	
5)	O quam vera mones, quam digno corripis ore	
6)	Ignarum, et (fateor) non nisi vera mones.	
7)	Quaeque mones novi. sed quid novisse iuvabit,	
8)	Si bona dum nosco, deteriora sequor?	
9)	Carmine (iam memini) toto celebrabar in orbe.	
10)	Deserto nulla carmine parte legor.	
11)	Laudantur reges in sceptris, miles in armis,	
12)	In phalaris sonipes, inter aratra boves.	
13)	Turpe est ruricolae durum liquisse ligonem,	
14)	Turpe et aratori deseruisse iugum.	
15)	Et turpe est calamos et carmina linquere vati.	
16)	Hac dempta dici parte poeta nequit.	
17)	Non sum qui fueram. Cecidit lyra. Musa recessit.	
18)	Nec mea divinus pectora Phoebus adit.	
19)	Saepe lyram querulo conor percurrere plectro.	
20)	Lugenti similes, dixeris esse sonos.	
21)	Non mihi materia est, non ars mihi carminis ulla.	
22)	Verbaque deficiunt, deficiuntque pedes.	
23)	Difficile est animo tristi componere carmen. #	
24)	Nec bene sollicito cantus in ore sedet.	
25)	Laeta meis quondam spirabant tempora votis.	
26)	Et nullo moestus tempore, laetus eram	
27)	Et lapis assiduam signabat candidus horam.	
28)	Inque urna tantum calculus albus erat.	
29)	Et facili semper felix ab amore tenebar.	
30)	Et nulla fallax arte premebat amor.	
31)	Tunc ego cantabam. cantanti mille subibant	
32)	Carmina materiae conveniente lyra.	
33)	Et minima immensum praebebat causa volumen.	
34)	E nihilo magnum proveniebat opus.	
35)	Utque omnis medio decessit pectore flamma,	
36)	Et nullum sensi pectus habere focum:	
37)	Protinus excussa est digitis lyra, protinus omnis	
38)	Effugit Phoebus, Pieridumque chorus.	

39)	Vivo piger (fateor) turpique ignavia sorde	
40)	Lenta gravat, segni desidiaque premor.	
41)	Risus abest, cantusque omnis, lususque iocusque.	
42)	Me lachrymae tristes, tristis et angor habet.	
43)	Desine mirari, finemque impone querelae,	
44)	Si nostro nullum carmen ab ore cadit.	
45)	Sed tu prome cadum, spumas cratera vomentem	
46)	Da mihi, si vino posset abire dolor.	
	7.9. Ad Martiam	
1)	Martia quid quaeris flammis imponere finem?	
2)	Lassatur verus, non satiatur amor. #	
3)	Crescere blanditiis didicit furor. Omnia quamvis	
4)	Concedas, videor nil habuisse mihi.	
5)	Cum bene iunguntur, tunc desperantur amantes,	
6)	Pluraque cum nequeant poscere, plura petunt.	
7)	Sic gravis ingestis focus increbrescit aristis,	
8)	Sic flammis positae dant alimenta faces.	
9)	Ad mare quid nescit de tota currere terra	
10)	Flumina? sed nullis se mare replet aquis.	
11)	Quamvis non hederæ serpant in stipite quercus	
12)	Arctius, aut vitem non magis ulmus amet,	
13)	Te tamen extremos credo penetrasse sub Indos,	
14)	Cum premar a gelidi frigidus axe poli,	
15)	Tunc ad summotos puto me migrasse Britannos,	
16)	Cogito tunc Arabes me petiisse leves.	
17)	Non fuit amplexus coniunctior ille duorum	
18)	Serpentum, prato cum iacuere duo,	
19)	Quos iam Tiresias baculi violaverit ictu,	
20)	Cum fuit ex ipso foemina facta viro.	
21)	Unaque Naiadum felix est Salmacis. illi	
22)	Contigit ut mixtae corpora iuncta forent.	
23)	Crudeles superi, crudelia iura deorum,	
24)	Pessima Iunonis, pessima facta Iovis,	
25)	Qui nihil aeterni nobis cessere, piumque	
26)	Humanum tantum destituere genus:	
27)	Caetera luminibus qui respexere benignis,	
28)	Mitius in torvas seque habuere feras. #	
29)	Longaevus didicit serpens spoliare senectam:	
30)	Lubricus in prato est, qui modo segnus erat.	
31)	Qui modo dente gravi teneras male carpserat herbas,	
32)	Nunc nova mutatus cornua cervus habet.	
33)	Unica fertur avis flammis se imponere, rursus	
34)	Vivere, deque rogo nunc nova cantat avis.	

35)	Ecce dies qui nunc celeri delabitur hora.	
36)	Cras erit: in prima luce renatus erit.	
37)	Occidat hic quamvis sol, scit tamen ipse redire,	
38)	Nec nosti canas ponere, Phoebe, comas.	
39)	Omnia cum redeant, reditu caret ipsa iuventus.	
40)	Occidit illa semel perpetuoque iacet.	
41)	Vivamus. Serum est cras vivere. Iunge labella,	
42)	Perque mea implicitus membra lacertus eat.	
43)	Passeribus vernis certemus. blanda columbae	
44)	Basia mirentur quo damus illa modo.	
45)	Vincant haec numerum, superent haec mille Catulli	
46)	Oscula, blanditiis invidetque meis.	
47)	Ilia rumpamus. totis resoluta medullis	
48)	Ossa fluant, omni stillet ut unda pilo.	
49)	Vivamus. turpesque senes, quos lenta senectus	
50)	Moribus opponit, nullius assis erunt.	
51)	Utilis et mollis tacite iam labitur aetas,	
52)	Dum loquimur, longas protrahimusque moras.	
53)	Congredere, et sanctae repetamus gaudia vitae,	
54)	Et sint cum multis gaudia mixta iocis. #	
	7.10. Merdatio	
1)	Foeda ministerii turpis modo facta feruntur,	
2)	Quae fera non silvis audeat ulla suis.	
3)	Heu miseri vates, ad quid devenimus? in nos	
4)	Debuit hoc saltem non licuisse nefas.	
5)	Turpe quidem dictu, sed factu turpius: omnem	
6)	Foedavit cathedram putida merda meam.	
7)	Usque miser merdor, merdis mihi bella parantur,	
8)	Et mihi, si non sit merda, timebo nihil.	
9)	Non tamen e coelo Diis indignantibus ista	
10)	Decidit ut Phineus, sic ego merdor, ave.	
11)	At meritas forsitan poenas dedit ille, vel illi	
12)	Auxilium gelidi venit ab axe poli.	
13)	Nil ego peccavi: nullum paedico, nec ulli	
14)	Ne paedicetur iussa proterva dedi.	
15)	Quid mihi si lumbos vult hic aut ille cinaedis	
16)	Vellere, et hic si vult vel puer ille pati?	
17)	Hoc doleo, quod non oculos hic perdit, et ille	
18)	Non petit in natibus velle tenere faces.	
19)	Nam sua res agitur, suus est qui campus aratur.	
20)	Quid, mea quae non sunt, quaerere facta volo?	
21)	Forsitan admissi poena est haec debita nostri.	
22)	Merda toties tot loca totque viros.	

23)	Multa quidem feci teneris ego stultus in annis,	
24)	Quae fecisse pudet nec licuisse velim.	
25)	Hei mihi saepe meum meminisse merdasse magistrum, #	
26)	Et quod meiebam supposuisse mero.	
27)	Semper in autorem didicit scelus omne redire.	
28)	Criminis autorem crimen adire solet.	
29)	Deterius nihil est, nihil est hoc foedius uno.	
30)	Mille velim mortes quam semel ista pati.	
31)	Dii faciant, quicumque fuit qui talia vati	
32)	Fecit, ut in merita pendeat ille cruce.	
33)	Dumque linit sordes posti sacraeque cathedrae,	
34)	Illic abscissas linquat utrasque manus.	
35)	Usque tamen vigilo. posito custode tuetur	
36)	Limen, ut in nostras incidat ille manus.	
37)	Hunc ego si prendo, sceleris stat poena parata	
38)	Ut culo hic animam, stercus ut ore cacet.	
	LIBER OCTAVUS	Book 8
	8.o. Ad Lectorem	
1)	Qui non pectoris esse me putabit	
2)	Sani, menteque me bona carere,	
3)	Cum nulla penitus pudore tangar,	
4)	Cum sit crassior et satis papyrum	
5)	Iam turpes pudeat referre nugae:	
6)	Abderas sapit, et graves Butuntos,	
7)	Haec me saecula, quae tenent furentes,	
8)	Si solus saperem, probum negarent.	
	8.1. Ad Lectorem #	
1)	Virgilius merita reges et doctus Homerus:	
2)	Qui fuerant illo tempore: laude canunt.	
3)	Sed tunc tempus erat, quod non est. Vatibus illi	
4)	Praemia pro minimo carmine magna dabant.	
5)	Nunc adeo intendunt gazis et rebus, ut omnes	
6)	Pro nihilo vates interiisse velint.	
7)	Carmina res vanas et vanos esse poetas	
8)	Dicunt, et cunctos mente carere bona.	
9)	Si quod opus multa vigilatum nocte dieque	
10)	Vis dare, reiiceris tuque tuusque liber.	
11)	Gratus eris, pueri si sis vel leno puellae,	
12)	Et bene conditos si coquis aere cibos.	
13)	Si quid scurra facis, si quid parasitus in aula	

14)	Quod moveat risum, dives habebis opes.	
15)	Haec ego cum solus mecum intra meque voluto,	
16)	Quid de me fiat nescio, nec quid agam.	
17)	Et vivo, et patitur deus haec. Sed scilicet ille	
18)	Curat. stultus eris, si vacat aere domus.	
19)	Ergo ego dives ero, si risum forte movebo.	
20)	Ridebit nugis ille vel ille meis.	
21)	Quod nunc conveniat dictent mea tempora carmen.	
22)	Ut sua iam Veteres, sic ego nostra sequar.	
23)	Omnia fert aetas. Non hoc dat bruma, quod aestas.	
24)	Non eadem semper quilibet annus agit.	Whatever year does not always send forth the same [seasons/ things].
25)	Iam facilis pietas et sancta vehebat honestas,	Previously easy piety and saintly honesty drew men,
26)	Puraque simplicitas relligioque viros. #	and pure simplicity and religion.
27)	Iam fuit in pretio virtus aequataque coelo.	Previously virtue was equal in value to heaven,
28)	Nunc iacet, et vili sub pede quisque terit.	now it lies there, and each one tramples it under a base foot.
29)	Inque opibus laus est, opibusque parantur honores.	Praise is in wealth, and honors are obtained by wealth.
30)	Numina divitiae, numina nummus habet.	Riches are held as gods, money is held as gods.
31)	Saepe duces volui versu cantare tonanti,	
32)	Et canere altisono bella superba pede:	
33)	Bella ducesque mihi non sunt, nisi bella vocares	
34)	Frangere tot cunnos, rumpere totque nates.	
35)	Haec me bella iuvant, sunt haec mihi praelia curae.	
36)	Haec mihi sint acies, haec mihi pugna placet.	
37)	Non ego tyro novus venio. bene recta tenetur	
38)	Lancea, per cunctos dirigiturque locos.	
39)	Omnia prosterno. nihil est quod viribus obstat.	
40)	Do stragem retro, do simul ante gravem.	
41)	Discant Scipiadae, discat ferus Hannibal armis,	
42)	Et discat Caesar bella movere meis.	
43)	Non ego quot Xerxes conduco ad praelia turmas.	
44)	Sat mihi sit testes his adhibere duos.	
	8.2. De Puella	
1)	Solus eram: si non mecum foret ignis, et angor,	
2)	Et dolor et gemitus sollicitusque timor.	
3)	Ante fuit nitidus fons pellucetibus undis.	
4)	Proxima vicinum gramen alebat aqua.	
5)	Perpetuis circum densissima silva virebat	
6)	Frondebis e ramis multa canebat avis.	

7)	Membra solo posui virides porrecta per herbas. #	
8)	Sustinuit mento dextera nixa caput.	
9)	Aut has aut similes effudi pectore voces.	
10)	Iactaque sunt surdis talia verba locis.	
11)	Ecquem vidistis sic intabescere, silvae?	
12)	Ecquem crudeli sic in amore mori?	
13)	Non ullis precibus, lachrymis non flectitur ullis	
14)	Lux mea, turbato est surdior illa freto.	
15)	Non amat, et non vult a me crudelis amari,	
16)	Meque iubet mentem rebus habere meis.	
17)	Hanc ego si specto, vel si quid dicere tento,	
18)	Saevior est ursis asperiorque lupis.	
19)	Eque mea rapidos facie vix temperat ungues,	
20)	Confectum cura cum videt esse mea.	
21)	Et tamen haec quanto minus et minus audit amori,	
22)	Hoc magis insano cogor amore mori.	
23)	Quid faciam? Si mi velit ire per arma, per ignes,	
24)	Subque undas, in me non erit ulla mora.	
25)	Nunc iubeat cavea catulos efferre leanae,	
26)	Et nunc aut ursae, vel velit illa lupae.	
27)	Nuda venenatis opponam pectora telis:	
28)	Si lateri Cephalus dirigat illa meo.	
29)	Pectora vel tenui praebebo nuda sagittae,	
30)	Sic licet Hylaei missa sagitta manu.	
31)	Haec ego iactabam. meditantem plura reliquit	
32)	Vox mea. plus vetuit spesque timorque loqui.	
33)	Nec mirum est, animum subitus si casus ademit. #	
34)	Perdiderant solitum guttura vocis iter.	
35)	Fit fragor a tergo, collumque amplectitur ulnis,	
36)	Mille mihi dantur basia mille modis	
37)	Ipsa erat, ipsa mihi visa est delapsa per auras.	
38)	Ad mea non segnis vota pigerque fui.	
39)	Ambo simul iuncti fuimus. Quid fecimus ambo,	
40)	Qui nescit, sanae non bene mentis erit.	
	8.3. Ad Stephanum A.	
1)	Grata domum petiit nuper tua littera nostram,	
2)	Qua nihil accepta gratius esse potest.	
3)	Carior argento est et longe carior auro,	
4)	Omnibus est gemmis ante locanda meis.	
5)	Nunc foveo gremio, nunc illi basia reddo.	
6)	Et modo posse meo condere corde velim.	
7)	Orphea cum nigro cecinit sua carmina Diti,	
8)	Cogito non aliam sollicitasse lyram.	

9)	Hoc digitis credo movisse Amphiona plectrum,	
10)	Structile cum Thebis crescere iussit opus.	
11)	Hac usum cithara Phoebum puto bella gigantum,	
12)	Armaque victoris concinuisse Iovis.	
13)	Hac etiam nautas modulatus fugit Arion,	
14)	Cum vectus longum per mare pisce fuit.	
15)	Si tibi pulsanti Thamyras admoverit aures,	
16)	Arte tua vinci se tibi fassus erit.	
17)	Dumque tamen caelo nostrae praeconia laudis	
18)	Asseris: hah nimium lora remittis equis. #	
19)	Et quamvis multos capiat sua gloria, rebus	
20)	Mensuram multos imposuisse iuvat.	
21)	Quicquid in excelsa summaque locatur in arce	
22)	Corruet, et finis non nisi lapsus erit.	
23)	Si maiora suis Phaeton non viribus esset	
24)	Ausus, in Eridani non cecidisset aquas.	
25)	Icarus aethereas nimium dum tendit in auras,	
26)	Cogitat Icareo nomina ferre mari.	
27)	Talia mirarer, si quisquam dixerit alter,	
28)	Sed tua te virtus fecerat ista loqui.	
29)	Magnus es, in magno qui me suspendis honore.	
30)	Debent in laudes, quae canis, ire tuas.	
31)	Quodque cupis, cupio: qui te non optat amicum,	
32)	Dicatur mentem non habuisse bonam.	
33)	Tu mihi sis Pylades, ego sim tibi carus Orestes.*	
34)	Euryalus tibi sim, tu mihi Nisus eris.	
35)	Si qua mihi res est qua delecteris, habebis:	
36)	Elige, et arbitrio cuncta revolve tuo.	
37)	Omnia si sumes, erit haec gratissima nobis,	
38)	Res erit haec animo non aliena meo.	
39)	Et si quid potero (pro te me plurima posse	
40)	Optarim), iubeas: iussa libenter agam.	
41)	Denique quicquid ero, semper tuus esse videbor,	
42)	Dum vivam, et donec non mea vita cadet.	
	8.4. Gaudium	
1)	Musa suum grato respexit lumine vatem, #	
2)	Nec fuit in vasto gurgite passa mori.	
3)	Non erat ulla meae spes in me certa salutis,	
4)	Sanarique aliqua non ego rebar ope.	
5)	Et mihi diffidi penitus, vitamque levandam	
6)	Credebam nullis artibus esse meam.	
7)	Utque solet nulla cancer medicabilis arte,	
8)	Serpere, serpebant sic mala nostra mora.	

9)	Sic fortuna meo damno se explere solebat,	
10)	Se focus ut lignis, ut solet aequor aquis.	
11)	Nostrorum ut series narretur summa laborum,	
12)	Hactenus a cunis creverat ipse labor.	
13)	Audiit haec mater, cum me demiserat alvo,	
14)	Et fuit incerto vox data certa loco.	
15)	Quo puer hic crescet, crescet sua cura, lapillis	
16)	Nec poterit nitidis iste notare dies.	
17)	Territa voce nova, geminoque affecta dolore,	
18)	Palluit, in tota nil nisi frigus erat.	
19)	De face commota non est sibi reddita flamma.	
20)	Et funesta suo culmine sedit avis.	
21)	Haec mihi fata dabant misero. sed maxima virtus	
22)	Non fato aut aliquo sidere pressa iacet.	
23)	Vincuntur virtute dei, superantur et astra,	
24)	Parcarum rursus truncaque fila ligat.	
25)	Syderibus nec danda fides. Si fata minantur,	
26)	Haec: quicumque sapit: posse nocere negat.	
27)	Alternos video tandem finisse labores, #	
28)	Meque cathenatis terga dedisse malis.	
29)	Vicimus, et tota fugerunt nubila mente.	
30)	Curaque sollicitum non velut ante premit.	
31)	Nunc bona perpersae fecere oblivia curae.	
32)	Et puto me nunquam substinuisse malum.	
33)	Gaudeo, nec quisquam poterit sic laetus haberi.	
34)	Laetitiaequae valet par nihil esse meae,	
35)	Affluo divitiis, ingensque est copia rerum,	
36)	Et largas facilis musa ministrat opes.	
37)	Sacraque non vincit sacros nunc bacca corymbos,	
38)	Nunc Phoebus maius Pallade foenus habet.	
39)	Carmine pro minimo dives largitur opimas	
40)	Unus opes. carmen sic amat ille meum.	
41)	Magna quidem dederat: multo est maiora daturus.	
42)	Imposuit nostris luctibus ille modum.	
43)	Non referet dominum nec laudes iste libellus.	
44)	Iamiam nunc aliud nobile fiet opus.	
45)	Niliacas (statis, pueri) mihi ferte papyros.	
46)	Carmina sunt domini multa notanda mei.	
47)	Illum cantabo, trahet hic dum spiritus auras,	
48)	Illum, dum vivam, nostra Thalia canet.	
49)	Illi ego sum curae. debet mea musa. valebit:	
50)	Cynthia si qua mihi, si quis Alexis erat.	
	8.5. Ad Musam	

1)	I nunc, et domini claros pete, Musa, penates.	
2)	Omnis in officio sit tua cura meo. #	
3)	Sit mora nulla viae. Non est, quod forte recuses,	
4)	Difficilis duro poste petenda domus.	
5)	Ianua laxatur nullis religata cathenis.	
6)	In toto limen non magis orbe patet.	
7)	Illic non poteris quicquam, mea vita, videre	
8)	Quod te sollicitet tristeque tardet iter.	
9)	Illic non fastus, non ulla superbia regnat,	
10)	Sed placidi vultus, mixtaque cuncta iocis.	
11)	Illam turba colit semper tua. non eris una.	
12)	Illa est a clario semper amata deo.	
13)	Multa viret laurus claris redimita triumphis.	
14)	Multaque victoris fulget imago ducis.	
15)	Hospes eris sic ipsa domus, sic ipsa recepta,	
16)	Castalii dicans antra fuisse loci.	
17)	Alcinoi placidos referes petiisse penates,	
18)	Teque Molorchei tecta subisse laris.	
19)	Non est quod moneam, precibus ne tempora desint:	
20)	I quocunque velis tempore, gratus erit.	
21)	Poplite summisso pedibus tamen oscula iungas,	
22)	Et referas animi talia verba mei.	
23)	Pro domino supplex venio. neu gratia desit,	
24)	Te rogo. Non illo te magis alter amat.	
25)	Non foret infelix, si non serviret amori,	
26)	Illaque non sineret, quam colit, usque mori,	
27)	Usque cava scelerata manu sibi munera poscit.	
28)	Tam modo quod dederas, hic dedit, illa vorat. #	
29)	Si rogat, hic quis sit, tu respondeto poeta.	
30)	Dicito tu, rursus si rogat ille: tuus.	
	8.6. Mihi ipsi	
1)	Semper in insano quid te iuvat esse dolore,	
2)	Et madidas lachrymis semper habere genas?	
3)	Pacificae, obdura. Quae iam periere: perisse	
4)	Ducas, neve sequi non reparanda velis.	
5)	Et cum fortuna pereant tua vota, nec ultra	
6)	Concessum quaeras et tua fata mori.	
7)	Quid facies? nihil hi gemitus lachrymaeque iuvabunt.	
8)	Des caput hoc muro, res tamen acta tua est.	
9)	O quanto est satius mentem componere, et omnem	
10)	Tristitiam e medio tollere corde gravem.	
11)	Candidus effulsit quondam tibi Phoebus, opacas	
12)	Nunc oculos umbras explicat ante tuos.	

13)	Vera loqui fas est. ecquid tibi defuit: illa	
14)	Dum voluit, nulli postposuitque viro?	
15)	Et tibi iam quicquid voluisti, praestitit ultro.	
16)	Quicquid et optasti, iam tibi sponte dedit.	
17)	Scis bene quod gremio noctesque diesque iacebat.	
18)	Et tua per longas vota fuere moras.	
19)	Sumere quid posses, quod non tu sumpseris ante?	
20)	Nil rursus, quod nunc det tibi, maius habet.	
21)	Et tu currebas quocumque puella vocabat.	
22)	Tardabat celeres tum via nulla pedes.	
23)	O quantum insani fuit hoc in corde furoris, #	
24)	Et penitus (liceat dicere) stultus eras.	
25)	Nunc non vult, aliumque tenet, te spernit et odit.	
26)	Tu quoque fortunae vela remitte tuae.	
27)	Ne dubita. miseram facti quandoque pigebit.	
28)	Inque tuos cupiet saepe redire sinus.	
29)	At tu durata stabis tum mente, nec illam	
30)	Respicias, facies tum (mihi crede) mori.	
31)	Insanae semper mentis sensusque profani	
32)	Hanc novi, et semper pectoris esse rudis.	
33)	Quid me destituit? quid me malesana reliquit?	
34)	Quid magis inveniet nunc in amante novo?	
35)	Scilicet alter erit, qui sic suspiret amorem?	
36)	Qui sic dispereat, scilicet alter erit?	
37)	Meque sua miseret vitae. decepta misella est.	
38)	In quod labatur nescit inepta malum.	
39)	Tempus erit quo nemo volet, quo nemo requiret,	
40)	Et stabit clausas turpiter ante fores.	
41)	Iamque comas cani inficient, rugaeque decorem.	
42)	Iamque dabit miseros tela, colusque cibos,	
43)	Iam cadet ex humeris vestis malesarcta putrisque.	
44)	Iam nudos pellis non teget ulla pedes	
45)	Tunc ego ridebo, tunc et mihi gaudia fient.	
46)	Vindictam laeta fronte videbo meam.	
47)	At nunc, Pacifice, obdura, perferque dolorem.	
48)	Et sine, quo coepit currere, tempus eat.	
	8.7. Ad Antonium #	
1)	Antoni, si non tanquam pater alter amarem,	
2)	Talia non loquerer qualia verba loquor.	
3)	Inque bonam quicquid dico (precor) accipe partem.	
4)	E medio quicquid dixero corde venit.	
5)	Es puer, et vix est quisquam formosior alter.	
6)	Et qua sis etiam natus in urbe vides.	

7)	Heu cave virgineum foedo violare pudorem	
8)	Crimine: te natum sis memor esse marem.	
9)	Nil magis invisum est superis ipsique Tonanti.	
10)	Hoc viso Phoebus crimine vertit iter.	
11)	Ludus at si quis fuit, esto Trebonius illi.	
12)	Det Marius capiti laureaserta tuo.	
13)	Ob scelus unius flammis coelestibus urbes	
14)	Saepius exemplo deperiere gravi.	
15)	Effugias iacto placeat ne tessera talo,	
16)	Neve Venus placeat, ne placeatve Canis.	
17)	Nec delecteris mandris, vitreoque latrone.	
18)	Vidi aliquem nulla veste redire domum.	
19)	Effugias reges, quibus est nummus et ensis,	
20)	Et clava atque calix, in sua regna feros.	
21)	Nascitur hinc omnis cunctorum causa malorum.	
22)	Hoc uno in vitio crimina plura latent.	
23)	Ludere si libuit, nucibus ludatur ad orcam.	
24)	Et tua per longas sit pila missa vias.	
25)	Effuge caupones et olentes mane, popinas:	
26)	Quod matutinus det tibi: pistor habet. #	
27)	Numina ne laedas, semper periuria vites,	
28)	Neu solve in magnos dicta profana deos.	
29)	Iussa patris matrisque tuae servare memento.	
30)	His ducibus poteris non male ferre pedes.	
31)	Cumque bonis coniunge viris commercia semper.	
32)	Qualis erit socius, tu quoque talis eris.	
33)	Colloquiis faciles ne praebe turpibus aures,	
34)	Corrumpunt mores nam mala verba bonos.	
35)	Esto bonus. sectare bonos. imitare probatos.	
36)	Et vita tanquam dira venena malos.	
37)	Virtutemque animo manibusque amplectere totis.	
38)	Haec res fortunae non cadit una rota.	
39)	Inspice de septem sapientibus ipse Biantem.	
40)	Perdiderant alii, res habet ille suas.	
41)	Tecum erit haec, summa fueris si primus in urbe.	
42)	Exui eris: non haec desinet esse comes.	
43)	Disce bonas artes, divinos disce poetas,	
44)	Disce oratores, disce et utrosque simul.	
45)	Hoc quicquid tetigi, memori sub mente reponas.	
46)	Consulerem natis non secus ipse meis.	
47)	Hoc si tu facies: bene me monuisse videbis,	
48)	Meque tibi dices consuluisse bene.	
	8.8. Ad Superos.	

1)	Ecquando, superi, finem imponetis amori?	
2)	Ecquando ista meo pectore flamma cadet?	
3)	Semper in insanos ibit mea vita furores? #	
4)	Et medicina meo non erit ulla malo?	
5)	Et furor hic toto non extenuatur in anno.	
6)	Et pereo, et video me sine morte mori.	
7)	Me mille excruciant curae, me mille labores.	
8)	Et puto mille meo corde sedere canes.	
9)	Si petit occasum, si Phoebus surgit ab ortu:	
10)	Me gemere et semper me lachrymare videt.	
11)	Non est ulla dies, non est nox ulla, nec hora:	
12)	Quae non conspiciat me sine mente mea.	
13)	Nullus et in toto dominatur corpore sensus.	
14)	Incertumque mei me vagus error agit.	
15)	Nescio si vivo, vel si defunctus oberro,	
16)	Vel si me pedibus per loca porto meis.	
17)	Ecquid vis faciam? ceciderunt brachia, tanquam	
18)	Non digitus trunco, nec foret ulla manus.	
19)	Ingenium periit, curae periire libelli.	
20)	Et fuligo meam texit opaca lyram.	
21)	Hei mihi libertas quonam mea fugit, et unde	
22)	In me deciderat tam gravis ira deum?	
23)	Dat vires aliis, animumque ministrat ad artem:	
24)	At me non sano sub pede calcat Amor.	
25)	Et trahor arbitrio puerili, curaque non est	
26)	Si me per silices et loca caeca trahit,	
27)	Cogito nil aliud nisi quo sum perditus ignem.	
28)	Sensibus haec una est cura relicta meis.	
29)	Et natat ante oculos facies et grata voluptas. #	
30)	Accipere et pariter reddere verba puto.	
31)	Nunc puto per silvas agitare in retia cervos,	
32)	Et celeri in leporem solvere vincla cani.	
33)	Nunc sedare sitim gelidi libamine fontis,	
34)	Et nitidos rivi per vada ferre pedes.	
35)	Et nunc umbrosa captare sub arbore frigus,	
36)	Gramineque in molli ponere molle latus.	
37)	Tum fingo roseo circumdare brachia collo,	
38)	Et mordere rubris aemula labra rosis.	
39)	Sed tamen insani est hoc irritamen amoris,	
40)	Pluraque in insano fungere ligna foco.	
41)	Non poterant graviore dei saevire furore.	
42)	Non hoc est peius deteriusque malum.	
43)	Perditus usque adeo violenti torqueor igne,	
44)	Ut mea non possit pestis habere modum.	
45)	Tabesco, miseroque miser dilabor amore,	

46)	Mollis ut ardenti proxima caera foco.	
47)	Spumoso generata mari, generata cruore,	
48)	Quid me tam lenta perdis acerba face?	[acerba = direct address to his girl.]
	8.9. In Matronam	
1)	Aspice quam gressu venit haec matrona superbo,	
2)	Quamque supinato pectore lenta venit.	
3)	Non multum est. postes erat haec effusa per omnes.	
4)	Tinctaque erant lachrymis limina cuncta suis.	
5)	Supplice nunc istum, nunc illum, voce rogabat,	
6)	Oscula tum manibus, tum pedibusque dabat. #	
7)	Ad quas non aras, ad quae non templa refugit?	
8)	Quos non tentavit sollicitare deos?	
9)	Ibat demissa tristis cervice per urbem,	
10)	Ausa nec a terra tollere lumen erat.	
11)	Nunc tantum intumuit, tantumque superbit, ut omnes	
12)	Sub pedibus superos conteruisse putet.	
13)	Vertitur haec veluti laedas, si forte salutas,	
14)	Et te turbato lumine torva videt.	
15)	Non facit hac assis quenquam. sibi tanta videtur,	
16)	Iuppiter ut possit non generare parem.	
17)	Inque solo sparsos nummos si mille videret,	
18)	Non se acclinaret respiceretque semel.	
19)	Talis Romanos ibat Cleopatra maritos	
20)	Visere, gemmatos veste movente sinus.	
21)	Non aliter Phrygii regnis et confuge claram	
22)	Ad thalamos Hecubam suspicor isse viri.	
23)	Non tales habuit Niobe temeraria fastus,	
24)	Ante gemelliparae thura negata deae.	
25)	Non credam superos, credam non esse Tonantem,	
26)	Si possunt istam ferre patique diu.	
27)	Et ratione regi coelum terraque negabo,	
28)	Luminibus poenas ni dare specto meis.	
29)	Sed novi superos oculis mortalia iustis	
30)	Aspicere, et iusta pendere lance vices.	
31)	Ingratamque vident nec tanto munere dignam.	
32)	Ut dederant, poterunt sic spoliare datis. #	
33)	Nam quotiens voluit facilis fortuna iocari,	
34)	Infima sublimi sede locare solet.	
35)	In summa quicquid componi suspicis arce,	
36)	Corruet, et casum sera ruina trahet.	
37)	Non durat quodcunque modum non servat et exit	
38)	Fine suo. medium saecula longa videt.	
39)	Si vitam paulo dant Fata, redire videbo	

40)	In casus iterum quos modo passa fuit,	
41)	Ut puto, non rursus surget, sed pressa iacebit	
42)	Semper per lachrymas per gemitusque graves.	
43)	Hoc videam, et superos nil plus, nil Fata rogabo,	
44)	Hoc videam, et truncet mox mihi Parca diem.	
	8.10. In Eremitam	
1)	Dic mihi, sancte pater, quid me et mea carmina carpis?	
2)	Quae te vel ratio religiove movet?	
3)	An faciunt animos nativae vellera lanae,	
4)	Et quod ter Bethus lavit in amne pecus?	
5)	Barba ne, quam nulli cynico, nec vidimus hirco?	
6)	An quod nulla tuos arctat aluta pedes?	
7)	Decipies alios. Me non velamina fallent.	
8)	Hac vidi vulpes, hac ego veste lupos.	
9)	Quod palles, tibi credo minus: facis ora cumino	
10)	Pallida. sulphureo tingis in igne, cutem.	
11)	Quid facit hic funis nodo qui pendet iniquo,	
12)	Quernaque non filo galla revincta brevi?	
13)	Haec melius poterant misera sub veste latere. #	
14)	Suspendis populo? non bona causa tua est.	
15)	Quid caput hoc rasum minimo cingente capillo	
16)	Postulat? hic in se quidve cucullus habet?	
17)	Dispeream, si non sic est mihi culus, ab illa	
18)	Deduxi brachias cum mihi parte breves.	
19)	Quod fulcis caput hoc saxo vis mirer et herba,	
20)	Et quod arundineum sternis, inepte, thorum?	
21)	Quae iacis in populum, venerandaque sanctaque verba,	
22)	Sunt inter caepas porraque dicta Iovis.	
23)	Cum cane, cum baculo, cum pera scandis Olympum?	
24)	Et pedibus nudis ligniferisque venis?	
25)	Scilicet hesternos superis superumque parenti	
26)	Ruptabis caules dimidiasque fabas?	
27)	At nos, qui coeli commercia sacra tenemus,	
28)	Ibimus ad Manes ad scelerumque locos?	
29)	Si tales scirem supera ad convexa vocari,	
30)	Non mea tardarem frangere colla manu.	
31)	Porrigerem medium digitum, si Iuppiter astra	
32)	Traderet et coeli si mihi scepra daret.	
33)	Te facis alterius. Quid in hoc stas orbe superstes?	
34)	I, morere, inque alio quem colis orbe mane.	
35)	Huic ego sum natus. tantum bona summa putavi	
36)	Hunc orbem. hisque bonis dum licet usque fruar.	
37)	Ieiuno decies toto non ponitur anno	

38)	Mensa tibi. decies stat mihi mensa die.	
39)	Teque tuis digitis tum sidera tangere dicis,	
40)	Cum tibi deficiunt prandia, vina, Venus. #	
41)	Ast ego tum videor cunctos transcendere coelos?	
42)	Cum bene paedico, prandeo, meo, caco.	
	LIBER NONUS	Book 9
	9.0. Ad Lectorem	
1)	Non haec sobrius: ut solent severi:	
2)	Scripsi, nec memini, sed ipse forsitan	
3)	Tum sensu carui, bonaque mente,	
4)	Vel vino madidus, ciboque plenus	
5)	Erravi calamo iubente pene.	
6)	Quis sanus sua mandat in libello	
7)	Vates crimina: quae tegi nocentes	
8)	Quaerunt, sed nive: qua solet cacata.	
	9.1. Ad Fortunam	
1)	Et merito quid te toties, Fortuna, momordi?	
2)	Iure facis, si me sub pede laesa premis.	
3)	Pagina vix ulla est nostro descripta libello,	
4)	Quae te non aliquo tentet adire malo.	
5)	Saepe ego te saevam, crudelem saepe vocavi,	
6)	Et quod fida ulli non potes esse viro,	
7)	Poenitet, et factum rapido mandabimus igni,	
8)	Vel rapiunt venti, vel freta summa ferent.	
9)	Omne meum carmen relegam, textumque retexam.	
10)	Delebitque tuam multa litura notam.	
11)	Nec mirum est: si me factis vexavit amaris, #	
12)	Si commota mihi ferre negavit opem.	
13)	Haec ego: quam potui gratam mihi reddere: feci	
14)	Ut dictis esset nunc inimica meis.	
15)	Ipse mei sum causa mali. mea lingua loquaci	
16)	Obfuit, et levibus scripta proterva modis.	
17)	Quod si fata dabunt vitam mihi, quisque videbit	
18)	Moribus antiquis substituisse novos.	
19)	In me succedet pellis nova, qualis in angue,	
20)	Qualis et in cervo post sua lustra cutis.	
21)	Non ero quod fueram. totus mutabor, et omnes	
22)	Efficiet stupidos vita novata viros.	
23)	Non tantum potui sceleris committere, quantum,	
24)	Cogito nunc, versa sorte, referre boni.	

25)	Nunc video quod stultus eram, quod mente carebam,	
26)	Quodque in me rectae nil rationis erat,	
27)	Quis, nisi mentis inops, illi maledicit et odit	
28)	Laedere: quae cum vult, quaeque iuvare potest.	
29)	Hac nihil in terra maius coeloque videtur,	
30)	Cui res par nunquam, resque secunda fuit.	
31)	Cum libet, haec humiles summa locat arce superbos,	
32)	Cum libet, haec summa deiicit arce viros.	
33)	Vidimus hac Parthis Crassum dare colla iubente,	
34)	Ventidio hac Parthos colla iubente dare.	
35)	Fortunae Cyrus vires cognoverat ambas,	
36)	Cum modo conciderat, cum modo natus erat.	
37)	Persarum regina suis nutrita colubris #	
38)	Coctile non lecto crine recepit opus.	
39)	Inter Vestales latitavit Caesar, et orbem	
40)	Subdidit. at Magno non dedit urna locum.	Magnus = Pompei
41)	Quos lupa, quos picus deiectos flumine pavit,	
42)	Terrarum dominum constituere caput.	
43)	Iuppiter Idaeo quamvis foret abditus antro)	
44)	Quid Iovis imperio maius habere potes?	
45)	Tene deam, si quid sensus et mentis habebo,	
46)	Insequar? Haud faciam, si bene sanus ero.	
47)	Sed mente atque animo toto te amplectar, et omni	
48)	Tu mihi praecipuum tempore numen eris.	
49)	Te laudesque tuas digna modulabor avena.	
50)	Et gratam et facilem te mea Musa canet.	
51)	Antium ab ignotis, notisque onerata tabellis	
52)	Ferre meas etiam non tibi fiat onus.	
53)	At tu pro sancta dele pietate, nec ultra:	
54)	Quas merui poenas: fac meruisse precor.	
55)	Respice me miserum, quam sim deiectus iniqua	
56)	Sorte, et sub quantis sit mea vita malis.	
57)	Respice me tantum laeto gratissima vultu,	
58)	Et tantum arride plusve minusve semel.	
	9.2. Ad Mentulam	
1)	Mentula, quid surgis? quid vis? quid pallia rumpis?	
2)	Quid non sub nido sub tunicaque lates?	
3)	Quid caput hoc fumat, nebulasque exhalat opacas?	
4)	Quid rubricato vertice tenta tumes? #	
5)	Ad pueros iterum mollesque redire puellas	
6)	Auderes, multis non satiata malis?	
7)	Ad quas non animus tuus hic descenderet artes?	
8)	Ad quod non traheret te scelus iste furor?	

9)	Iam tibi bis quintus consul trigesimus extat,	Already you have recorded two times thirty five consuls,
10)	Et iam bis septem lustra peracta vides.	and already you have seen twice seven lustra/ 70 years gone by.
11)	Tempore iam cunctis solet hoc extincta iacere,	Already for others by this time it ususally lies extinct.
12)	Sed tu plus ferro roboribusque vales.	But you are stonger than iron and oak.
13)	Convenit haec iuveni stimulos facientibus annis,	Yours is fitting for a young man with his years providing a goad,
14)	Quique novis coepit spargere semen agris.	one who has begun to sow his seed in new fields.
15)	Carmine non ullo, non ullo cogaris arte.	
16)	Non facit hoc passer, nec facit herba salax.	
17)	Et verum est. vitium quod primis nascitur annis,	And it is true: a vice which arises in the early years,
18)	Quod solet ad seros saepe venire dies.	is that which often keeps coming in later days.
19)	More tuo facis hoc. tuus est qui suscitatur usus,	You do this in your own way. It is your habit which excites [you]
20)	Et gula consuetos poscit habere cibos.	and your gullet seeks to have its accustomed foods.
21)	Ast ego te saturam demens fessamque putabam,	
22)	Et grave te nunquam posse levare caput.	
23)	Nec pudet actorum. cupis ad peiora venire.	
24)	Atque mala innumeris accumulare malis.	
25)	Nil tibi quod donem: restat. tu cuncta vorasti,	
26)	Quod pater et mater, quodque reliquit avus.	
27)	Quicquid conspicui tota fuit urbe, volebas,	
28)	Resque fuit voto nulla negata tuo.	
29)	Et tibi nil renui, dum tu contenta fuisses.	
30)	Et pro te nostris est data furca bonis. #	
31)	Tu mihi nil unquam peperisti, perfida, lucri.	
32)	Ditavit plures mentula tenta viros.	
33)	Non vetulae viduaeve tibi, mancave placebant.	
34)	Sed delecta famem non nisi pavit avis.	
35)	Miror quod nimium non sis consumpta per usum,	
36)	Quamvis de ferro facta vel aere fores.	
37)	Si sapias et sensu non es deserta, videto	If you are wise and good sense has not deserted you, see
38)	Effoetae quantus sit tibi stare pudor.	how much shame there is for you, worn out, to stand up.
39)	Quin potius compesce tuos ratione furores,	
40)	Teque doma, et fatuo subtrahe calcar equo.	
41)	Inque aliud differ tempus. Non utile tentas.	
42)	Nunc nihil est. aliquid cras tibi forsitan erit.	
43)	Dum loquor, istius nulla est clementia vultus.	

44)	Usque tumes, vomeres, eiiceresque dapes.	
45)	Expecta: dum molle mihi suppono sedile.	
46)	Et sputo, et manibus te saturabo meis.	
	9.3. Ad Exoletum.	
1)	Non puer es, sed iam iuvenis crescentibus annis,	
2)	Obseditque tuas barba molesta genas.	
3)	Haec toga nunc alium vult: quam praetexta. comaque	
4)	Quod decuit longa: non brevior decet.	
5)	Et nucibus debes mores mutare relictis.	
6)	Et tibi nunc alia est vita terenda rota.	
7)	Multa tulit mollis: quae non fert durior aetas,	
8)	Multaque fecisti non facienda tibi.	
9)	Infantis non est: si quid committis, et esset: #	
10)	Aetatis vitium quod fuit ante: tuum.	
11)	Deseruit citharam iam dum maturus Achilles,	
12)	Et tentare herbas, et tenuare colos.	
13)	Et iunctis fertur terras proscindere capris	
14)	Integer in longum destituisse Paris.	
15)	Quid fueras notum est. scis te nihil orbe fuisse	
16)	Foedius in toto, deteriusque nihil.	
17)	Sed vereor ne sic radices fixerit imas,	
18)	Ut nequeat tolli falce vel igne filix.	
19)	Pollutam quamvis multa bene laveris unda,	
20)	Signa solet vestis semper habere notae.	
21)	Dicitur usque canem tergasque ungasque lavesque,	
22)	Quod venit admota nare caninus odor.	
23)	Qualis erit tenera virga cognoscitur arbor.	
24)	Inque herba viridi dat sua signa seges.	
25)	Quale fretum fiet primis deprenditur undis.	
26)	Arguitur primo mane futura dies.	
27)	Nidus habet: catulus pede quis sit et utilis ore,	
28)	Nidus habet, cavea quae bene cantet avis.	
29)	Forte bonus potens tamen esse, et vivere recte,	
30)	Offensum posses si revocare pedem.	
31)	Non facis haec primus. multi fecere: sed unum	
32)	E multis vix se corripuisse vides.	
33)	Sed tamen huic unquam fore te despero secundum:	
34)	Nullo sanandi tempore signa geris.	
35)	In te iam fessi mores liquere parentes. #	
36)	Quaeque tuus rector lora remisit: habes.	
37)	Qui vix a culto referebat semen agello,	
38)	Speret ab inculto posse referre nihil.	
39)	Qui male currebat freno moderante, putetur	

40)	Quod defrenatus non bene curret equus.	
41)	Naufragus in medio iactas tua brachia ponto.	
42)	Quam iacet a tergo, tam iacet ante mare.	
43)	Nullus defessos delphinus sullevat artus,	
44)	Nullaque dissutae rapta tabella ratis.	
45)	Saepe tuum decimae caput obruit impetus undae.	
46)	Nunc hiat, et nunc se tollit in astra fretum.	
47)	Robur habes vitii nullo tractabile ferro.	
48)	Dum mollis fueras, arte regendus eras.	
49)	Quae nunc firma riget longoque induruit aevo,	
50)	Ut libuit quondam ductilis arbor erat.	
51)	Hunc ignem: qui nunc nulla restinguitur unda:	
52)	Dum scintilla fuit: parva necasset aqua.	
53)	Falsa loquar, desintque meis sua pondera verbis.	
54)	Haec faciet finem non nisi vita malum.	
55)	Desperanda tibi spes est, et cura salutis:	
56)	Ni deus a summa porrigat arce manum.	
	9.4. Ad Turcum	
1)	Ullus in Italia locus est mihi. cuncta revolvi	
2)	Non possunt aliqua vivere parte boni.	
3)	A vitio est omnis virtus irrisa, iacetque,	
4)	Oppressa, et fatuus sub pede quisque terit. #	
5)	Deperit hic omnis vates, et cura libelli:	
6)	Deperit ingenii, deperit artis opus.	
7)	Et nihil est adeo rarum, si vile putatur,	
8)	Quod non desperet, deficiatque sibi.	
9)	Detestor matris, patris detestor et umbras,	
10)	Discere qui steriles me voluere notas.	
11)	Si sua fert aliis census, me reddit egenum	
12)	Ars mea, et insana torquet acerba fame.	
13)	Quis faceret pretium rebus, quas nullus amavit?	
14)	Qui faceret, vere non bene sanus erit.	
15)	Si quis agit merces, sumet pro mercibus aurum.	
16)	At pro carminibus sumet inane sophos.	
17)	In nummis dives, vates in carmine mentem	
18)	Ponit, habet nummos ille, sed iste modos.	modos ~ meters
19)	Hic qui per bibulas mandavit semen harenas,	
20)	Succidet messis tempore falce nihil.	
21)	Qui laurus hederasque suis plantavit in hortis,	
22)	Ex illis frondes, non sibi poma leget.	
23)	Cessisset melius durum retinere ligonem,	
24)	Quam calamum, et terram vertere: quam legere.	
25)	Dumque nihil facio lucri, nec parta reservo,	

26)	Restabit de me fumus et aura levis.	
27)	Heu quantum noctis peperit mortalibus error.	
28)	Omnes per tenebras et loca caeca iacent.	
29)	Sic habet hic aut hic ad veri nomen honesti,	
30)	Se velut ad citharam pandus asellus habet. #	
31)	Non aliter caecus nigrum distinguit ab albo,	
32)	Quando hic consilium, vel capit ille sibi.	
33)	Si quis habet cocco vestes vel murice tinctas,	
34)	Illi nemo potest hiscere, nemo loqui.	
35)	Cum se miratur subsellia prima terentem,	
36)	Non terram aut coelum credit habere parem.	
37)	Si quem forte rogas timide, respondet acerbum,	
38)	Ova licet properes et dare cortis aves.	
39)	Semper habent avidas fauces et guttur apertum,	
40)	Inter et immensas non saturantur opes.	
41)	Quo magis aggeritur: tanto sitit ardor habendi.	
42)	Et rabies ipsis crescit avara bonis.	
43)	In pretio nullus, si non sit dives, habetur.	
44)	Vestibus et nummis redditur omnis honos.	
45)	Quid faciam? pauper careo fundoque domoque,	
46)	Enudantque humeros pallia trita meos.	
47)	Ille pedum digitos ridet male pelle teneri,	
48)	Ille nates curta non bene veste tegi.	
49)	Ter sum flaminios et ter transgressus etruscos,	
50)	Perque Alpes decies vasta que saxa fui.	
51)	Non tamen invenio quenquam qui porrigat assem,	
52)	Aut cyathum minimae qui mihi tradat aquae.	
53)	Ultima restabat nobis Florentia. veni.	
54)	Hic, o si liceat, dicere. lingua, sile.	
	9.5. Inundatio	
1)	Sic pluit, et nimbi sic diffunduntur: ut omnes #	
2)	Meiere iam credam, iamque cacare deos.	
3)	Iam genus humanum mergos ranasque sequetur.	
4)	Piscibus atque viris iamque erit una domus.	
5)	Sternuntur segetes per plana, per ardua vites.	
6)	Cum culo, superi, liba merumque dabo.	
7)	Non valeo tectis prodire, nec esse sub illis.	
8)	Occupat ignotum strata domosque mare.	
9)	Immemor est sortis forsitan Iovis ira futurae,	
10)	Qui terras iterum perdere quaerit aquis.	
11)	Ense minax stricto superos hinc terret Orion,	
12)	Hic Hyades, illic stat pluviale pecus.	Capricorn
13)	Clausum iter ad dominam. mihi non licet ire, nec illi.	

14)	Cura duos pariter temporis una movet.	
15)	Ipse decem noctes non illi iunctus adhaesi.	
16)	Iuncta mihi noctes non fuit illa decem.	
17)	Non hoc Leucothoen nocuit tibi, Phoebe, petenti,	
18)	Vel tua cum peteret Endymiona soror.	
19)	Tale tibi poterit, Iuno, prodesse, maritus	
20)	Cum subit Oemonium Parrhasiumque nemus.	
21)	Hoc velit Aeneas, velit hoc Phoenissa, sub antro	
22)	Cum fuit his durum molle cubile solum.	
23)	Hoc velit Alcmena: cum ter nox isset in undas,	
24)	Cumque fuit maior noctibus una tribus.	
25)	Et mea si nostris esset compressa lacertis,	
26)	Tum maris et coeli corruat unda velim.	
27)	Tum laetus ventos audirem, laetus et imbres. #	
28)	Tum nunquam insanas ire precarer aquas.	
29)	Ergo ego, si nullus deus audit et ira tumescit,	
30)	In vidua potero membra locare thoro?	
31)	Non sic segnis ero, nec iners: ut dicar ob imbres	
32)	Ad dominam votum detinuisse meum.	
33)	Solus erit tumidis audax Leandrus in undis?	
34)	Quodque illi patuit, se mihi claudet iter?	
35)	Scilicet ille fretum potuit tranare lacertis?	
36)	Quis pudor est pluvias me timuisse minas?	
37)	Si tellus coelumque ruit, ridebit amator:	
38)	Non cavet insidias, non cavet ille dolos.	
39)	Veste procul iacta medias sulcabimus undas,	
40)	Sulcantem spectet plurima turba licet.	
41)	Forsitan occurram. Quod si venit obvia nanti,	
42)	Uda volo in mediis oscula ferre vadis.	
43)	Forsitan: ut madidum siccet, calcexit amictus,	
44)	Et facto fervet plurimus igne focus.	
45)	Saepe etiam bibulis promit caput illa fenestris,	
46)	Dum guttae sonitus cogitat esse pedum.	
47)	Inuisasque moras querulo modo corripit ore:	
48)	Venisset, dicit, si meus ille foret.	
49)	Ne dubita. venio semper tuus. altera si sit	
50)	Cura, precor mortis causa sit unda meae.	
	9.6. In puerulum	9.6. Against a puny boy
1)	Iste cacatellus quid vult sibi? saepe salutatur,	
2)	Et saepe arridet, dat digitisque notas. #	
3)	Et modo subsequitur, modo me praecedat, et illum	
4)	Quem iam destitui mox petit iste locum.	
5)	Tale meo fieri nil unquam tempore vidi.	

6)	Crede, ni videas, non ea vera potes.	
7)	Nescio quid tandem velit hic. sed suspicor unum	
8)	Velle: quod et vero verius esse puto.	
9)	Nescio quos nummos quondam mihi vidit: in illos	
10)	Retia fallaci callidus arte locat.	
11)	Fama mea est teneris semper numerare cinaedis:	
12)	Quaerit et hic etiam si quid habere potest.	
13)	Fallet eum quicquid de me male mente volutat.	
14)	Res ego non istis sum capienda plagis.	
15)	Et me nescit adhuc, nec adhuc bene novit: oportet	
16)	Si vult paedicem, solvat ut iste mihi.	
17)	Et bene si numerat, bene si rogat: acta nec illi	
18)	Res foret. est adeo nullus in ore vigor.	
19)	Ne cadat inter opus subter mea crura timerem,	
20)	Maioremque animam musca culexque gerit.	
21)	Ut quae conservat pullos gallina sub alis,	
22)	Sic hunc cum liquido credo cacare croco.	
23)	Nil valet, et succo caret, et male substinet in se.	
24)	Et nihil in toto corpore carnis habet.	
25)	Sanguis abest omnis, pallorque et langor inhaeret.	
26)	Non aliter gracilis crura cicada gerit.	
27)	Et melius picas sturnosque fricare iuvaret,	
28)	Deque sepulchretis ossa vetusta sacris. #	
29)	Si magis hic sese glomerabit, et ante redibit	
30)	Calce usus dicar mittere in astra pilam.	
31)	Inspice quam nobis male sit cum numine divum,	
32)	Et quam fortunae sors sit iniqua meae.	
33)	Hic, quia turpis, amat. sed et hic me sperneret idem,	
34)	Si foret egregius sidereusque puer.	
35)	Saepe ego paedico (fateor) nec vera negabo:	
36)	Sed tamen electa non nisi pascor ave.	
37)	Vividus et pinguis, calidusque et candidus esse,	
38)	Et puer in culo debet habere focum.	
	9.7. De Natali	
1)	Haec est illa dies: peperit qua Buccia mater,	
2)	Et qua lux oculis est data prima meis.	
3)	Ite omnes quicumque estis, mea tecta, poetae,	
4)	Appetite. extractis stat bona mensa cibis.	
5)	Pomponi, Astraeo Volscoque accinctus adesto,	
6)	Cumque meo Lepido Sulpitioque meo.	
7)	Non sine Pontano, Valgique Haelique venite.	
8)	Non sine Palladio tuque, Marulle, veni.	
9)	Lentus eris, Cynthi: si non properabis adire.	

10)	Marse, nisi properas: tu quoque lentus eris.	
11)	Aemilius rupit, Cociusque meusque Sabinus,	
12)	Cum Pallantheo Pyerioque moras.	
13)	Callimachus venit, venit Cyllenus et Hyrus.	
14)	Pompeius mecum est, Pompiliusque domi.	
15)	Fumat aper. largoque replet nidore penates. #	
16)	Hunc ego convivis non puto mille parum,	
17)	Inque suis talem non vidit Etruria silvis,	
18)	Altaque non Calydon Maenaliūque nemus.	
19)	Hic erit in primis positus, mensisque secundis,	
20)	Finis erit coenae principiumque meae.	
21)	Nullaque spargentur variis bellaria rebus.	
22)	Quid cum lactucis oxigarisque mihi?	
23)	Nullus Athis cithara, nullusque sonabit Iopas,	
24)	Et sua non aliquis scripta poeta leget.	
25)	Exstructisque thoris non expectate ministros,	
26)	Qui sapiet: franget, vinaque laeta bibet.	
27)	Quisque suam cyathis decies miscebit amicam.	
28)	Miscebo decies, bis deciesque, meam.	
29)	De Prasino Venetoque licet conviva loquatur,	
30)	Quod voluit multo lingua soluta mero.	
31)	Perque decem iuret lychnos ardere lucernam,	
32)	Quamvis per lychnos ardeat illa duos.	
33)	Saepe dabit ructus, sed saepe dedisse negabit.	
34)	Et culi sonitus dixerit esse pedum.	
35)	Et modo cantando voces tollemus ad astra,	
36)	Cantando tantas quis volet esse fabas.	
37)	Et nunc ad lancem, nunc ad cratera choreas	
38)	Ducemus, nulla lege movente pedes.	
39)	Congressi interdum lentum caeroma teremus.	
40)	Saepeque mittemus per loca longa pilas.	
41)	Defessi rursusque iterumque iterumque bibemus, #	
42)	Ut genio fiant cornua bina meo.	
43)	Si venam stimulare cibus, stimulare Lyaeus	
44)	Coeperit, et nido non sinit esse suo,	
45)	Res acta est: veniet digito vicina crepante,	
46)	Cum nata, frater, cumque nepote soror.	
	9.8. Ad Amicum	9.8. To a friend
1)	Te sapere et magni te pectoris esse putabam:	
2)	Nil sapis, et magni nil rude pectus habet.	
3)	Esse videbaris gravitas coniuncta pudori.	
4)	A te diffugit cum gravitate pudor.	
5)	Insanis, dubiaeque labat discordia mentis,	

6)	Et non stat sensus: qui stetit ante tibi.	
7)	Quid si nulla foret nota experientia rerum?	
8)	Quid si non senior factus in orbe fores?	
9)	Quod redit ad puerum malesana et sera senectus	
10)	Dicitur. at nullus diceret ista puer.	
11)	Si me tu decies una conveneris hora:	
12)	Ad me tu decies talia verba sonas.	
13)	Quid facis? uxorem quid non tibi rursus adoptas?	
14)	Uxorem viduo: si sapis adde thoro.	
15)	Hoc narrare potes caro fidoque sodali,	
16)	Qui te plus oculis credit amare suis?	
17)	Si sub te flammis et sub tua tecta locassem,	
18)	A te consilium quod mihi peius erit?	
19)	Quid non me potius duro distringere ferro	
20)	Pectora, vel laqueo frangere colla iubes? #	
21)	An satis austera est septem cum coniuge lustris.	
22)	Vixisse, et durum sustinuisse iugum?	
23)	Non memini vitam semel his duxisse diebus.	
24)	Infelix, misero quaelibet hora fuit.	
25)	Sic mihi convenit veluti solet ignis et unda.	
26)	Paxque fuit, qualem tigris et agna tenet.	
27)	Omnibus affecit damnis, licet esset avara.	
28)	Casta licet fuerit, non fuit illa proba.	
29)	Occidit haec tandem pestis violenta, iacetque	
30)	Per nemora a saevis dilacerata lupis.	
31)	Me tamen in laqueos tentas revocare relictos,	
32)	Et quibus effugi rursus adire plagas.	
33)	Denique si non me poteris tu vincere, nolo.	
34)	Vincere si poteris me ratione, volo.	
35)	Vel me vis, pulchram, vel me vis ducere turpem.	
36)	Communis pulchra est, poenaque turpis erit.	
37)	Vel me vis mediam? sed tunc erit illud et illud.	
38)	Et duo summotis damna duobus erunt.	
39)	Ducenda est dives. dives volet esse maritus.	
40)	Uxor ero. brachias induet illa meas.	
41)	Et misera et tristis semper domus illa putatur,	
42)	Qua gallina canit, gallus et ipse tacet.	
43)	Pauper erit. pauper sum. fiet pauperis uxor.	
44)	Utilis ambobus res erit ista nihil.	
45)	Nil mihi si dederit, nil me sciat esse daturum.	
46)	Ut timuit: timeat ne cadat ipsa fame. #	
47)	Sit iuvenis. iuvenis: volumus si vera fateri:	
48)	Grande meis humeris et grave fiet onus.	
49)	Quid faciam, si vult futui? mihi mentula non stat.	
50)	Si staret: non hos novit habere cibos.	

51)	Est anus. haec anus est nostrae non apta senectae.	
52)	Hanc ego nam posco quam sibi poscit opem.	
53)	Non haec concipiet, cari mihi pignora nati.	
54)	Sic et ero natis orbus, ut orbus eram.	
55)	Si nequeo pulchrae, turpi, mediaeque iugari,	
56)	Nec dabitur dives, pauper, anus, iuvenis,	
57)	Fare (precor) cui me poteris sociare maritae?	
58)	Iam nulli dices. hanc volo. nulla mea est.	
	9.9. Ad Lectorem	9.9. To the reader
1)	Forsitan et primum cur sint incompta requiris,	
2)	Lapsaque cur tortis carmina sint pedibus.	
3)	Sic bene conveniunt, bene sic sunt apta dolori.	
4)	Sic bene diffusis musa canit lachrymis.	
5)	Quis me Seianas non flectere vidit habenas?	
6)	Aesque Tholo sanis aedibus eripere?	
7)	Me nimium ante omnes Fortuna tenaciter urget,	
8)	Inque meis fatis perstat et exitiis.	
9)	Et nisi me videat diris cruciatibus actum,	
10)	Ingemit, effusas nec retinet lachrymas.	
11)	Interii. non sum. vitae spes nulla superstat.	
12)	O Fortuna meis invida delitiis.	
13)	Nullus me laesit. solus mihi tanta paravi #	
14)	Ipsa mala. et laqueo sponte dedi iugulum.	
15)	Et nostrae nullum nisi me petiere sagittae.	
16)	Et mea falx propriis decidit in pedibus.	
17)	Ut fit: nescio quis: dum lentis passibus erro:	
18)	Occurrit, verbis me quoque detinuit.	
19)	Ille sui scorti miserum narravit amorem.	
20)	Me puduit flammae dicere non aliquid.	
21)	Dixi quicquid erat, nomenque et cuncta retexi.	
22)	Aure tamen dixi sic velut in tacita.	
23)	Digredimur. sua quemque vocat mox cura: sed illud	
24)	Tempus erat. primis Phoebus erat radiis.	
25)	Iamque altum medii coeli conscenderat orbem,	
26)	Ibat et umbra suis arboribus brevior.	
27)	Ecce meis oculis offert se sydus amoris,	
28)	Fronte sed obducta, lumine sed tetrico.	
29)	Protinus, ut soleo, dixi: Quid, dic, mea vita,	
30)	Quid, spes blanda tuum dic iubet imperium.	
31)	Rettulit hic iussi. mea sunt mandata peracta.	
32)	Me tibi, meque tuae perfide do fidei?	
33)	Ante meos audes scelerate accedere vultus?	
34)	Esse nec ante meos te pudet his oculis?	

35)	O mihi si liceat sanctum violare pudorem:	
36)	Quale pati facerem nunc ego supplicium?	
37)	Hinc mentita aliis poteris narrare, tibi que	
38)	Subtrahor. Et subito fugerat ex oculis.	
39)	Hei mihi quo recidi? misero quis consulet? unde, #	
40)	Unde mihi dabitur nunc misero auxilium?	
41)	Dii perdant hominem, dii factis praemia reddant	
42)	Digna suis. perdant dii caput insipidum.	
43)	In caput hoc potius Iovis ira, et fulmen, et ignis	
44)	Vibretur, sontem pellat et hanc animam.	
45)	Quid mea dextra vacat? quid cesso fortibus actis?	
46)	Affectare necem semper erit timidi.	
47)	Omne meum scelus est, ego sum mihi causa nocendi.	
48)	Eque meis pendent omnia criminibus.	
49)	Pone modum verbis, longisque ambagibus. aude.	
50)	Aude. opus est factis. utere nunc animo.	
51)	Disce mori. ne vive miser. da pectora ferro.	
52)	Guttura da laqueis. sic opus est: morere.	
53)	Vae mihi, vae misero. superi, miserescite. Manes,	
54)	Excipite. ad campos en venio Elysios.	
	9.10. De Matrona	
1)	Si quis ades paedico: cave: ne carmen ad aures	
2)	Hoc veniat: si quis sit tibi forte puer.	
3)	Forte meum legit penem matrona: tenere	
4)	Hunc statuit cunno: si sciat ipsa mori.	
5)	Hoc si consequitur, iurat non amplius horam,	
6)	Ut vivat, minimam sollicitare deos.	
7)	Proque hoc votivis onerat pia templa tabellis,	
8)	Et iacit in sacris thura Sabaea focis.	
9)	Ne me comburat, cum conspicit, occupat horror,	
10)	Ne ve fero: subitus fit timor: ore bibat. #	
11)	Scriptaque vera putat, credunt et mille cinaedi.	
12)	Hei mihi quod vati est non adhibenda fides.	
13)	Dii facerent, terra pauper spoliarer et auro,	
14)	Et modo quae scripsi vera fuisse velint.	
15)	Mentula tam parva est, tam pars mihi deficit illa,	
16)	Ut mihi non natam, vel cecidisse rear.	
17)	Tangere non digitis, oculis nec cernere possum,	
18)	Hisque bonis nimium sors mea lenta fuit.	
19)	Teque sequi possem Cybele non inguine secto.	
20)	Nil opus est testa. iam tibi Gallus eram.	
21)	Turpe quidem, dictu, liceat sed vera fateri.	
22)	Nullus me peior vixit in orbe puer.	

23)	Dum potui: foedae Veneri servire paravi.	
24)	Hanc paediconum duxerat usque manus.	
25)	Viscera versarunt magnique et mille mutones.	
26)	Calcatusque die nocteque culus erat.	
27)	Si paedicari quicquid valuisset in illa,	
28)	Tenta caput posset tangere, pressa pedes.	
29)	Nil mihi profecit, nil haec mihi crevit, et usu	
30)	Consumpta est nimio forsitan illa suo.	
31)	Quilibet hoc unum puer: ut sua mentula crescat:	
32)	Optat, et ut magnam compleat illa manum.	
33)	Itque frequens rumor nimium prodesse teneri:	
34)	Haec una est vitii maxima causa mali.	
35)	Tantam quisque geret: quantam natura creabit.	
36)	Haec faciet longam, si volet, atque brevem. #	
37)	Ne confidatis natibus: sunt omnia ficta,	
38)	Quo paedicemus: dicimus ista: mares.	
39)	Et placeat nulli vos subdere more ferarum,	
40)	Sitque per amplexus ora dedisse satis,	
41)	Inde calet culus, digitisque evellitur inde	
42)	Ficus habet miseram atque marisca nates.	
43)	Inde aliquem vidi tanta pallore teneri,	
44)	Ut faciam credas immaduisse croco.	
45)	Adde quod hinc olidas hircus celer ibit in alas,	
46)	Mirandosque dabit barba molesta pilos.	
47)	Et saepe in partes centum discinditur illi:	
48)	Ut sit opus sarctas ustulet igne nates.	
49)	Non aliter vidi nimio vel sol ve imbre	
50)	Punica dirumpi cortice mala suo	
51)	Curtius immergi non hunc foret ausus hiatus,	
52)	Utque esset tuus hic Amphylarum timor.	
53)	Hei mihi, quo fugiam? terra ne latebo vel unda?	
54)	Quae spelunca dabit, quae mihi silva locum?	
55)	En matrona venit furiali concita flamma.	
56)	Quid misero fiet? pes, fuge, curre, vola.	
	LIBER DECIMUS	Book 10
	10.0. Ad Lectorem	
1)	Quid non perficis integrum libellum:	
2)	Ut summam teneas boni malique?	
3)	Non visis male iudicas poetam	
4)	Infamem omnibus haud minus ter actis.	
5)	Chymeram capream, duos pedesque	
6)	Chyroni faceres, et octo Iano,	

7)	Qui totum poteras videre penem:	
8)	Extremos refugis pilos videre?	
	10.1. Ad Amicos	
1)	Consulit insano miserumque levate sodales:	
2)	Siquid consilii siquid habetis opis.	
3)	Uror: et immenso sic sum correptus amore:	
4)	Ut mihi sit nullus qui vacet igne locus.	
5)	Parcius ardentem rapido vomit ore Chymera,	
6)	Et vomit ardentem parcius Aetna globos.	
7)	Ferte citi plenas gelidis e fontibus urnas,	
8)	Et tentate meo demere corde focum.	
9)	Carminibus sanate, precor, sanate vel herbis,	
10)	Si qua fides herbis carminibusque manet.	
11)	Cuncta miser paterer: si quid sanaret amantem,	
12)	Et nihil est quod non substinuisse velim.	
13)	Si sit opus ferro vel vivo forsitan igne,	
14)	Ferrum, ignem patiar: dum mala nostra cadant.	
15)	Non me Caucasea quererem sub valle teneri,	
16)	Nudatumque avidam pascere pectus avem.	
17)	Nec me Leucadia devolvere rupe timerem,	
18)	Si me sanandi causa sit ille locus.	
19)	Ibo sub ardentem, glaciales ibo sub axes, #	
20)	Ibo sub Eoas Hesperiasque plagas.	
21)	Sed spem perdidit omnem mala nostra. salutem	
22)	Non mihi vel coelum, vel dare terra potest.	
23)	Deciderant vires animi, meque ipse reliqui.	
24)	Libera sunt per me lora remissa malis.	
25)	Quid faciam: si nulla valet medicina iuvans.	
26)	Aut aliqua nullus si sit in arte modus?	
27)	Sicne miser vivam, miserum sic error habebit?	
28)	Sic ero per lachrymas per gemitusque miser?	
29)	Nil ego consilii rebus praebebo sinistris?	
30)	Perdere tam misere me mala nostra sinam?	
31)	Disperii: si non aliquis deus audit, et istud:	
32)	Lumine quod patior: non propiore videt.	
33)	Me calor et glacies alterna sorte perurget.	
34)	Sub glacie caleo, subque calore tremo.	
35)	Me saepe iniectis operiri cogito terris,	
36)	Saepe a ventis me per inane rapi.	
37)	Extinctum interdum puto me, tellure vagari,	
38)	Et me non humeros, me, nec habere caput.	
39)	Nunc dubito: si sim deserti corporis umbra,	
40)	Nunc: si sim vitae corpus inane meae.	

41)	In quas me miserum traxerunt Fata tenebras?	
42)	Quos animo fluctus implicuere meo?	
43)	Quid tantum merui superi, quae culpa movere	
44)	Vos potuit? quae vos impulit ira ferox?	
45)	Meque parum vobis fateor debere, Iovique #	
46)	Qui me tot premitis subiicitisque malis:	
47)	Si tantum poenae servor, tantumque dolori,	
48)	In vita quid me vos iuvat esse mea?	
49)	Perdere si placuit, quid cessat fulmen et ignis,	
50)	Vel si quid maius fulmine et igne foret?	
51)	Afficitis sine fine malo, sine fine dolore.	
52)	Et didicit lenta crescere poena mora.	
53)	Sic iam diffidi, sic spes est omnis adempta,	
54)	Ut foret hac vita mors mihi cara magis,	
55)	Aut nunquam vellem superas venisse sub auras,	
56)	Aut vellem Stygios me subiisse lacus.	
	10.2. De Gemellis	
1)	Ecce iterum pereo bis sum tua praeda Cupido,	
2)	Tradoque bis iunctas in tua iussa manus.	
3)	Insani nunquam requies erit ulla furoris.	
4)	Prima nec extincta est, altera cura subit.	
5)	Quod tamen hoc genus est? quod ponam nomen amoris?	
6)	Et sub quo titulo flamma furoris erit?	
7)	Heu novus ignis adest et nulli cognitus ardor.	
8)	Cognitus hic unquam non fuit ante furor.	
9)	Credere quis posset geminos ardere cinaedos?	
10)	Quod magis est, uno tempore velle duos?	
11)	Hunc ego cum laudo: tunc est laudabilis ille.	
12)	Cumque magis placet hic: tum magis ille placet.	
13)	Illum suspiro. facit hic suspiria ducam.	
14)	Ille cor, hic etiam dissipat usque meum. #	
15)	Cum tamen ex illis veniat fax una duobus,	
16)	(Quis putet) ex uno fax geminata venit.	
17)	In geminis semper tantum mens cogitat unum,	
18)	Inque uno semper cogitat illa duos.	
19)	Alba iacent illis tales per colla capilli,	
20)	Quales Bacche tibi, nec tibi Phoebe iacent.	
21)	Virginei vultus, oculi flammantis Olympi.	
22)	Certant Paestanas vincere labra rosas.	
23)	O quales humeri, quales digitique, manusque,	
24)	Sub castigato pectore quale latus.	
25)	Incessuque graves. gestu moderamina servant.	

26)	Singula quid referam? cuncta probare potes.	
27)	Si pariter cupidis illos amplecterer ulnis,	
28)	In qua nescirem tunc ego parte forem.	
29)	Oscula si ferrem mediis inserta labellis	
30)	Cum sensu fierem tum sine mente mea.	
31)	Caetera si facerem: fieri si caetera possent:	
32)	Hic inter medium spiritus iret opus.	
33)	Quid me torquetis lenti mea vita, gemelli,	
34)	Et quid me lento perditis igne pares?	
35)	Gloria quae magna est, si me duo perditis unum:	
36)	Arbitrio quorum colla manusque dedi.	
37)	Parcite crudeles tanta feritate teneri.	
38)	Parcite crudeli pascere colla nece.	
39)	Perdetis fato: plus quam vos credetis: illo.	
40)	Plus etiam damni: quamque putetis: erit. #	
41)	Si pereo: pariter vestri quoque fama peribit.	
42)	Non erit hic: qui vos vivus in orbe canit.	
43)	Ambo meae mortis celebri conscripta sepulchro	
44)	Infames eritis causa pudenda meo.	
45)	Talibus ut caelet mando successor et haeres,	I order my successor and inheritor to make an engraving
46)	Quod meae iam marmor conteget ossa, notis.	on that stone which entombs my bones, with these words:
47)	Pacificus iacet hic gemino correptus amore:	Here lies Pacifico, having been seized by a twin love,
48)	Quem: quos dilexit: substituere mori.	those whom he held dear, put up with him dying.
	10.3. Ad Superos	10.3. To the Gods Above
1)	Vos superi testes nunquam mea vota fuisse,	
2)	Ut gravis immensas arca teneret opes.	
3)	Scitis: quod risi dites et ditia tecta,	
4)	Aut si quis multo verteret arva bove.	
5)	Et modico rebar parvoque insidere vitam,	
6)	Et si structa foret paupere mensa cibo.	
7)	Hortos qui ferrent caules bona summa putavi,	
8)	Stramineamque casam, grammeumque thorum.	
9)	Si fuit una mihi per frigora vestis et aestus,	
10)	Non aliam volui per tria lustra togam.	
11)	Sed mea cum votis nunc est mutata voluntas.	
12)	Nec sum iudicii nunc ego cuius eram.	
13)	Erravi, et caecam texerunt nubila mentem.	
14)	Nil in me sensus, nil rationis erat.	
15)	Hoc facit: ut spernar, facit hoc contemnar ut amens.	

16)	Hoc facit insanum quilibet esse putet.	
17)	Hoc facit: ut mecum nullus commercia iungat. #	
18)	Et viso fiat multa repente fuga.	
19)	Pestiferi tanquam vitet contagia morbi,	
20)	Sic hic e media, sic fugit ille via.	
21)	In promptu ratio est: quod nulli pauper ametur:	
22)	Damnosum stultus, si quis amabit, erit.	
23)	Pauper amicitia cuiquam si forte cohaesit,	
24)	A socio coepit, non dedit ipse bona.	
25)	Quilibet articulis: hoc quid conducat et illud,	
26)	Computat et ducta quid ratione ferat,	
27)	Nullus amicitiam quae non est utilis optat.	
28)	Nec bona virtutis qui volet ullus erit.	
29)	Quis volet ingenium sibi pro mercede referri,	
30)	In quo sit fumus vanus et aura levis?	
31)	Laudatur virtus et non admittitur ulli.	
32)	Mendicat rosos ut canis aegra cibos.	
33)	Sed colitur pretium, colitur quod praemia reddit,	
34)	Omnis pro fructu statque caditque decor.	
35)	Diligitur nullus, nulli redduntur honores,	
36)	Si non insano foenore vexet opes.	
37)	Qui sapit acquirat lati sibi iugera campi,	
38)	Fulvaeque sollicita congerat aera manu.	
39)	Ne timeas: si sis dives: grassator haberi,	
40)	Templaque ne timeas et spoliare deos.	
41)	Omne scelus nummis operitur, pallia late	
42)	Divitiae pandunt, et bene quaeque tegunt.	
43)	Caecus erat: quoniam sit dives: lumen habebat. #	
44)	Stultus erat: numero cum sapiente fuit.	
45)	Sydera dat census, censu super ardua coeli	
46)	Tendimus, et superis accubuisse facit.	
47)	Dii largitores, et Iuno, et Plute, bonarum,	
48)	Alcide, et peperit quem pia Maia Iovi	
49)	Si licet et fas est, et si res digna videtur,	
50)	Annuite, et mentis sumite vota meae.	
51)	Si serus venio supplex serusque rogator,	
52)	Haec (rogo) ne precibus causa sit una nocens.	
53)	Aspicitis quantis et quot sim cladibus actus:	
54)	Me mala vos moveat tantaque totque pati.	
55)	Aurea ferte (precor) nummisque arrumpite vestem,	
56)	Ferteque quas faciles ferre potestis opes.	
57)	Protinus a nobis dolor hic procul ibit et angor.	
58)	Tristitiae capient gaudia laeta locum.	
59)	Hei mihi quod surdi sunt ad mea vota, nec ullis	
60)	Signa dedit flammis, qui tepet igne, focus.	

61)	Unum esse in superis vitium, sed grande, notavi:	
62)	Quod mala dant faciles, difficilesque bona.	
	10.4. Ad Franciscam. S.	
1)	Francisca, Aonidum nulli cessura sororum,	
2)	Exule te nudam rumor it esse viro.	
3)	Te quoque, ne quicquam tutum foret, improba laesit	
4)	Fortuna, et sentis quid valet ira Iovis.	
5)	Quid facis? An aliquid condis, quo tristia fata	
6)	Et morsus animi tristitiamque leves. #	
7)	An legis hoc illud, diversa poemata vatuum?	
8)	Verbaque das animo desidiosa tuo?	
9)	Pensa manu traheres, vel pectine lina parares,	
10)	Aut telae instares: si foret illa rudis.	
11)	Hoc aliae faciant. tu versibus utere. dote	
12)	Donarunt faciles te meliore dei.	
13)	Dives es ingenio. rapiat tibi caetera quamvis	
14)	Casus, in hoc iuris nil habet ille bono.	
15)	Extra fortunam laurusque hederaeque locantur.	
16)	Formidet pinus tela trisulca Iovis.	
17)	Alcinous timeat, timeant et Atlantides hortis:	
18)	Nulla rapi noster poma timebit ager.	
19)	Sed facile est istis castum servare pudorem	
20)	Moribus: ingenii qui bonitate valent.	
21)	Quod tibi sit pectus teneris cognovimus annis,	
22)	Cum tibi sub sancta matre magister eram.	
23)	Excolui primus, primusque ad grammata duxi,	
24)	Cum tua Palladias dextra teneret acus.	
25)	Tam mihi virginitas casto fuit ista pudori,	
26)	Quam matri fuerat, quam fueratque patri.	
27)	Tempore sic illo memini quod amare solebas,	
28)	Dicerer ut menti cura suprema tuae.	
29)	An vero tempus, quod caetera poterit, illum	
30)	Abstulit, et non sum carus ut ante fui?	
31)	An dolor et casus cunctas a pectore curas	
32)	Diluit, et curis pars ego iuncta fui? #	
33)	Non semper torrens subitus rapit omnia secum.	
34)	Si qua fuit moles fixa, resistit aquis	
35)	Quae bene non haerent, vento quassata vel imbre	
36)	Poma cadunt ramis: caetera firma sedent.	
37)	Quodque tuum fuerat, non amisisse maritum,	
38)	Quod fuit alterius, restituisse putes.	
39)	Regnum fortunae bona sunt. accommodat illud	
40)	Cum libet, et revocat cum libet illa datum.	

41)	Mox tibi, si steterit pro libertate, redibit,	
42)	Nam solet istius res levis esse loci.	
43)	Et decies istic, uno vel saepius anno,	
44)	Fortunam vidi ludere sorte sua.	
45)	Si micat interea pavida formidine pectus,	
46)	Excute: nam fortes fulmen ab aure movet.	
47)	Et meliora tua tacita sub mente voluta,	
48)	Nam bona saepe solent proxima stare malis.	
49)	Et quicquid profugo speravit nupta Camillo,	
50)	Hoc etiam speres affore nupta tuo.	
	10.5. Ad Stephanum A.	
1)	Hoc tibi sollicitus peraravi carmen, Aquine,	
2)	Inter sarcinulas, praecipitemque viam.	
3)	Non potui longis committere scripta tabellis.	
4)	Et brevis officio contigit hora meo.	
5)	An sedet hoc illud, quondam quod mente sedebat?	
6)	Et tuus est animus certus: ut ante, fuit?	
7)	An tu, quod nolim, nunc es mutatus ab illo? #	
8)	Et tua propositum non premit illa fides?	
9)	Hoc mihi non unquam possum suadere timendo	
10)	Mens labat, et dubium me facit ipse timor.	
11)	In te sollicitus curam mentemque locavi.	
12)	Et tibi sunt vitae tradita vela meae.	
13)	Quaelibet immenso lux est mihi longior anno.	
14)	Longior est omni qualibet hora die.	
15)	Aptum non unquam mihi tempus adesse videtur,	
16)	Itala quo fugiam regna deosque meos.	
17)	Si patet aequor, erit fuga nostra parata per aequor.	
18)	Effugiam terra, si mihi terra patet.	
19)	Per mare, per terras praecloserat omnia Minos.	
20)	Aethereas egit Daedalus arte vias.	
21)	In me non adeo pellis durata rigescit,	
22)	Ut non erumpar discutiarque cute.	
23)	Quis sufferre togae posset fastidia vanae,	
24)	In qua virtutes et bona summa locant?	
25)	Hic me despiciet, hic ronca nare notabit,	
26)	Qui modo mutabat salsa garumque putre?	
27)	Hic modo qui Cererem nigra fornace coquebat.	
28)	Sub solio miserum sub pedibusque teret?	
29)	Unus noti alio est melior. lege lumine clauso.	
30)	Sunt omnes vitiis criminibusque pares.	
31)	Si bonus est aliquis, iacet ultimus, ut pecus una	
32)	A mille ignotum per nemus acta lupis.	

33)	Si quis dixisset: da tu quoque lintea ventis: #	
34)	Dixissem sanus quod foret ille parum.	
35)	Et prius emoriar, quam sint mea saecula vitae	
36)	Apta meae curae convenientque meae.	
37)	Si mihi de cunctis esset concessa potestas,	
38)	Mors subito cunctis una parata foret.	
39)	Convenio nulli. nullus mihi convenit, et sum	
40)	Omnibus his concors: sic velut ignis aquae.	
41)	Mente cadunt omnes. sapio mihi solus et unus.	
42)	Aut omnes sapiunt, aut ego mente cado.	
43)	Quicquid id est, fugiam. Fugiamus. et altera terra	
44)	Accipiat. sedes altera terra dabit.	
45)	Quando maris littus Venerisque Ancona petemus,	
46)	Et feriet lecto fune celeuma deos?	
47)	Quando simul facili sulcabitur aequora remo,	
48)	Et dabimus ventis vela secunda suis?	
49)	Quando Itali incipient velut evanescere colles,	
50)	Et Byzantinum se se aperire solum?	
51)	Oscula quae figam primae novus hospes harenae.	
52)	Qua salvere novos voce iubebo deos?	
53)	Hoc si contingit, finem mea vota videbunt,	
54)	Nil, desiderium quod sibi poscat, erit.	
55)	Exime, cum poteris, mox si potes, exime curis.	
56)	O finem optatis quando videbo meis?	
57)	Luca, deum sedes, Baccho sacrata bicorni,	
58)	Me tenet. et tempus cum venit, inde voca.	
	10.6. Ad Salvectum	
1)	Si poteris, Salvecte, tuum concede galerum,	
2)	Et mihi si poteris per breve tempus equum.	
3)	Rura petam, si forte meo dare verba dolori,	
4)	Si possim curas tollere corde graves.	
5)	Fabula non haec est. sensi vidique puellam,	
6)	Hei mihi rivali succubuisse meo.	
7)	Otia disperdam multas distincta per artes,	
8)	Inque mea varium mente sedebit opus.	
9)	Omnia tentabo, quo me mihi fallere possim.	
10)	Omnia: quo mihi sim decipiendus: agam.	
11)	Saepe manu rastros sumam longosque ligones,	
12)	Et ducam domitos sub iuga panda boves.	
13)	Semina iactabo longis cerealia sulcis,	
14)	Et teneras vites et nova poma seram.	
15)	Insitio per me compacta cortice fiet,	
16)	Inque alia foetus arbore ramus aget.	

17)	Nunc segetes curva maturas falce secabo,	
18)	Succidamque uvas, et pede musta premam.	
19)	Et modo poma legam gelido servanda decembri,	
20)	Et modo brumali ligna parabo foco.	
21)	Vimine nunc caveas, nunc cistas vimine texam.	
22)	Nunc dempto tenues ventre cavabo scyphos.	
23)	Et discam numerare pecus, numerare capellas,	
24)	Uberaque ad mulctram ducere plena manu.	
25)	Fiscellamque premam spumantem lacte coacto: #	
26)	Musteus ut constet caseus orbe suo.	
27)	Sectabor lepores per plana, per ardua damas.	
28)	Mille per insidias impediuntur aves.	
29)	E que lacu nitidos ducam per retia pisces.	
30)	Anguilla intendunt aera recurva cibos.	
31)	Subiecto interdum turbato examine fumo	
32)	Eliciam structis condita mella favis.	
33)	Nunc ducam lentos per prata virentia passus,	
34)	Intexens facili floreaserta manu.	
35)	Saepe mihi ad leni labentes murmure rivos	
36)	Praebeat mollem gramen et umbra thorum.	
37)	Hic gemitus turtur, gemitus dabit inde palumbus.	
38)	Perque suum taurus mugiet ore nemus.	
39)	Illinc porrectus longo modulabitur antro	
40)	Pastor, et ad gramen carmine ducet oves.	
41)	Et mecum rediens serus cantabit arator.	
42)	Ibunt suspensis passibus ante boves.	
43)	Villica disponet verubus quod coxit, et aere:	
44)	Spumabunt largo grandia vasa mero.	
45)	Ordine non ullo ponetur mensa, nec arte	
46)	Prima feret: quicquid ferre secunda potest.	
47)	Quod stabulo, silva, stagno, agro, turre creatur,	
48)	Illic: ne referam singula longus: erit.	
	10.7. De Mundo	
1)	In coelo quid sit tenui qui mente requirit,	
2)	Nil praeter nudos invenit esse deos. #	
3)	Hos quoque raptores, et aduncis unguibus omnes:	
4)	Quos damna et raptus, foedaque furta iuvant.	
5)	Quattuor haec gignunt mare, tellus, ignis, et aer:	
6)	Alterna cum se sorte renata novant.	
7)	Haec supra nihil est: nisi quae tenuissima nullo	
8)	Corpore non poterant sub gravitate premi.	
9)	Quo magis excedunt: tanto minus illa videntur,	
10)	Et non inventum finis acumen habent.	

11)	Insanit: cantus illic qui sperat amoenos,	
12)	Nam vox: si tollas aera: nulla sonat.	
13)	Illic non sonitus fixo sentitur ab axe,	
14)	Omnia quo semper se sine voce rotant.	
15)	Si non putrescunt, nec corrumpuntur in unum,	
16)	Nil unquam aeterno sint licet orbe creant.	
17)	Omnia quae ratio sic haec distinxerit: audi.	
18)	Non alio poterant omnia stare modo.	
19)	Terra gravis media est motu non mobilis ullo.	
20)	Si primum stabit mobile: mota cadet.	
21)	Caetera, sed quanto fuerint leviora: recedunt,	
22)	Et sic, ut punctum credat habere solum.	
23)	Extremus vitii: liceat si vera fateri,	
24)	Virtutis medius dicitur esse locus.	
25)	Inspice Saturnus quot perdat et occupet unus,	
26)	Inspice quot tellus det foveatque viros.	
27)	Quod si non radiis mitem se Iuppiter illi	
28)	Opponat: rebus mors foret una brevis. #	
29)	O bene qui similem mundum monstraverat ovo.	
30)	O bene qui similem dixerat esse nuci.	
31)	Terra parit segetes, et poma colentibus illam.	
32)	Mellaque cum vino dulcia terra parit.	
33)	Omnia ne memorem: tot sunt tellure creati:	
34)	Quot nunc in coelo credimus esse deos.	
35)	Illinc tempestas et durae grandinis imber	
36)	Decidit, et foetos depopulatur agros.	
37)	Illinc et lapides veniunt, guttaeque cruoris,	
38)	Et: sata quas vidi dente secare: ferae.	
39)	Utile viderunt quod mel et lana pluebat,	
40)	Ne magis haec pluerent constituere dei.	
41)	Illinc interdum sic flammis Sirius ardet:	
42)	In primis herbis ut cadat usta seges.	
43)	Illinc insani mittuntur fulminis ignes,	
44)	Tectaque cum domino saepe cremata iacent.	
45)	Quis Stygias sonitu summi simulator Olympi,	
46)	Quis te Thebarum rector adegit aquas?	
47)	Quis tibi Caucasea Vulcane Promethea rupe	
48)	Desertum rapidae iungere iussit avi?	
49)	Vixisset Phaeton, et cum Phaetonte sorores:	
50)	Excussus si non esset ab axe patris.	
51)	Non mirantur Hylam Nymphas rapuisse: iacere	
52)	Qui norunt rapto cum Ganymede Iovem.	
53)	Qui damnant Bacchum coelo imposuisse coronam,	
54)	Non hunc viderunt imposuisse feram. #	
55)	Hic quoque si violat: genitor quam turre vel aere	

56)	Detinuit: nulli sit violare pudor.	
57)	His tamen immemores cum libis: thure meroque	
58)	Sacra damus, facimus milleque templa locis.	
	10.8. Venatio	
1)	Arma citi, simul arma omnes, arma arma parate,	
2)	Retiaque, et cornu mille citate canes.	
3)	Cervorum mandras silvis mihi villicus ore	
4)	Nuper anhelanti dixit inesse meis.	
5)	Effer equum, et iaculum cum longo Postume telo.	
6)	Promptior hinc illinc ensis, et arcus eat.	
7)	Sisque meo lateri praesto, nec longius absis.	
8)	Et quocunque aciem flexero: lumen habe.	
9)	Vos duo splendenti celeres praecedite ferro,	
10)	Sternite, ne saepes fossave tardet iter.	
11)	Tuque domi Corrade para: quaecunque parari	
12)	Iussimus, et nulla sint ea facta mora.	
13)	Line, petas collem, silvas qui plurimus urget.	
14)	Ex illo nobis vertice signa dato.	
15)	Et modo fac fumum, quatiat modo pertica foenum,	
16)	Nunc unam moveas, nunc et utramque manum.	
17)	Tu valles centum canibus Grassane supremas,	
18)	Tu primas totidem claudere Cylle para.	
19)	Retia dispositis custodi, Burre, molossis,	
20)	Elige quot palis scis opus esse viros.	
21)	Mactare annosos, teneros servare memento. #	
22)	Lac quibus in septis nostra capella dabit.	
23)	Cornua sublimi curru refer ardua: stabunt	
24)	Fixa sub excelsis postibus illa meis.	
25)	Tu Bacille plagas nodosaque tendito lina,	
26)	Quamque soles apris: altius illa loca.	
27)	Illinc et saepes, hinc caecas obstrue fossas.	
28)	Hinc casses, illinc lenta capistra iace.	
29)	Quique bonos regitis latratu et naribus: altos	
30)	Ducite per saltus caecaque lustra canes.	
31)	At vos qui faciles pedibus cursuque tenetis:	
32)	Libera dimotis ite per arva rubis.	
33)	Ora canum si qui fallent et retia cervi:	
34)	Non fugiet tacto flumine, turba manum.	
35)	Saepeque per densas retinentur cornua silvas.	
36)	Et qua debuerant arma iuvare: nocent.	
37)	Sed iam vota deis Phoebo, Phoebique sorori	
38)	Sunt facienda. Sacris quisque favete piis.	
39)	Dii: quibus est nemorum ius, et ius omne ferarum,	

40)	Qui venatori ferre soletis opem:	
41)	Annuite optatis, operique assistite nostro,	
42)	Et sic: ut votis sors eat aequa meis.	
43)	Phoebe, tibi sicco manibus cratera duabus	
44)	Spumantem, rursus sicco Diana tibi.	
45)	Mox etiam cervus cadet, et cadet hostia cerva.	
46)	Pinguior in nostris non erit ulla plagis.	
47)	Aspicite: ut mediis surgant altaribus ignes, #	
48)	Et micet e tepido flamma trisulca foco.	
49)	Audimur, facilesque aures pia Numina praebent.	
50)	Non haec in vanum cura, laborque cadit.	
51)	Praebeat laetam felix victoria palmam.	
52)	Vix ullus capiet gaudia nostra locus.	
53)	Ite, bonis avibus felicia castra movete.	
54)	Et manibus praedam quisque tenere putet.	
55)	Ite triumphales, praecingite tempora lauro.	
56)	Non expectati temporis omen eat.	
57)	Vah quales acies sub me ductore coruscant.	
58)	Vah quanto surgit pulvis in astra globo.	
	10.9. Turco	
1)	Semper in Italia multos ego flebo dolores,	
2)	Oppressus gemitu, tristitiaque gravi?	
3)	Sic ne miser vivam, sic vili sorde iacebo?	
4)	Sicne cathenatis obruar usque malis?	
5)	Omnia tentavi praeter male vivere. nullo	
6)	Ingenio valeo stare nec arte loco.	
7)	Omnibus est odio virtus, crimenque putatur,	
8)	Et tanquam vitium sit: sibi quisque cavet.	
9)	Migrandum est, aliudque solum, sedesque paranda.	
10)	Saepe fames silva cogit abire lupum.	
11)	Hinc: ubi cognovit quod non expenditur: ibit,	
12)	Non habeat quamvis sacra moneta pedes.	
13)	Hic: ubi non amor est: quaerebam stultus amorem.	
14)	Hic: ubi non locus est: stultus habere locum. #	
15)	Quis locat in silva fallaces piscibus hamos?	
16)	Retia quis cervis in mare lenta locat?	
17)	Non nisi: quos habeat: sumes ex arbore fructus.	
18)	Non poterit fellis promere mella cadus.	
19)	Ad te summe ducum propero: qui Dardana regna	
20)	Erigis, et Teucri nomine nomen habes.	
21)	Esurit ingenium nam sub te principe nullum,	
22)	Et sub te virtus principe nulla sitit.	
23)	Ut maria ex omni terrarum parte petuntur	

24)	Fluminibus: sic te fasque piūque petit.	
25)	Omnibus ut stellis partitur lumina Titan:	
26)	Sic solus cunctis lumen es omne bonis.	
27)	Ut nobis vitium res est gratissima: sic est	
28)	Res ingrata tibi numinibusque tuis.	
29)	Romanum imperium cognataque scepra reposcis.	
30)	Proque tuis rebus, arceque bella moves.	
31)	Quod tulit Iliacis Aeneas pulsus ab oris,	
32)	Quod tulit Antenor, quis negat esse tuum?	
33)	Iure petis: lata quidquid tellure tenetur,	
34)	Et: quicquid latis possidet aequor aquis.	
35)	Quando ibis niveis aurata ad templa Tonantis	
36)	Veste triumphator conspiciendus equis?	
37)	Quando recognosces capitolia celsa deosque?	
38)	Quando tuas leges orbis in urbe dabis?	
39)	Quando tuus media Petri pascetur in ara,	
40)	Et voce humana sidite dicet equus? #	
41)	Haec ego: si vitam servat mihi Parca: videbo:	
42)	Si qua tamen Fatis est adhibenda fides.	
43)	Tunc superi pugnam, vesanaque bella movebunt,	
44)	Sed cui turba favet plurima: victor erit.	
45)	Unus erit Caesar toto regnator in orbe.	
46)	Unus et in toto tunc erit orbe deus.	
47)	Talia nascentur tunc saecula: qualia quondam	
48)	Aurea Saturno rege fuisse putant.	
49)	Vos dabitis poenas scelerum qui scepra tenetis,	
50)	Et latum vitiis constituistis iter.	
51)	Qui dominam Romam fecistis turpe lupanar:	
52)	Nemo fuga tutus: cum fugietis: erit.	
53)	Tunc ego laetitia rumpar, tunc gaudia sumam.	
54)	Et vindicta oculos tunc satiabo meos.	
55)	Et dicam esse deos, et nutu cuncta deorum	
56)	Ire, nec humanum deseruisse genus.	
57)	Iam lego sarcinulas mores exosus iniquos.	
58)	Per mare, vel terras expediemus iter.	
59)	Tu me summe pater melioribus accipe fatis:	
60)	Ante tuos videor procubuisse pedes.	
	10.10. Ad Elegos	
1)	Imbelles elegi lascivaque carmina vati	
2)	Parcite: si videor dignus habere rudem.	
3)	Arma diu movi molles agitantia lusus.	
4)	Ivit et in nostras plurima palma manus.	
5)	Iam cecini quantum nullum cecinisse videtis, #	

6)	Et solito maius pagina struxit opus.	
7)	Quoque magis crescit: crescunt et damna papyri.	
8)	Heu quoties oleum sicca lucerna petit?	
9)	Auditor lectorque meus de fine queruntur,	
10)	Et posito fugiunt lassus uterque libro.	
11)	Illeque, non lecto nec viso carmine, dixit	
12)	Insanum quis te stulte poeta leget.	
13)	Omne iuvat rarum, nimium fastidia sentit.	
14)	Inque suum damnum copia larga venit.	
15)	In modicis pretium est. pretioque petetur avaro:	
16)	Si rosa brumali tempore visa fuit.	
17)	Psittacus in terris quod rarus, et unicus erret	
18)	Phoenix: Ausonias anteferuntur aves.	
19)	Siste, liber, calamum, finemque impone labori.	
20)	Ipsa quies partes poscit habere suas,	
21)	Si nunquam cessant duram proscindere terram,	
22)	Curva mori cernes inter aratra boves.	
23)	Venimus ad metas, et quo me cursus agebat.	
24)	Iam defrenatus lora remisit equus.	
25)	Et mea iam rediens dimensa per aequora puppis	
26)	Fessa subit portus, et sibi sarta petit.	
27)	Sarta petit vates. sertis incingite vatem.	
28)	Et decies circum tempora laurus eat.	
29)	Finit opus: quod non poterit delere vetustas.	
30)	Ignis cum multa non abolebit aqua.	
31)	Moenia deficient cum turribus ardua summis: #	
32)	Quae labor insanus stultaque turba facit.	
33)	Charta levis stabit nullo violabilis aevo.	
34)	Et mea non ullo tempore scripta cadent.	
35)	Sera sit illa dies, sed cum suprema vocabit:	
36)	Orbe tamen toto post mea fata legar.	
37)	Vive liber felix, nostrumque per omnia nomen	
38)	Ereptum flammis saecula semper habe.	
	FINIS	The end.
	PACIFICUS	Pacifico
	Hecatelegium superiorum gratia hoc decimo consumatur. Et iam satis stiperque lusit libellus. At si quid in hoc aliis ve in legem dei est: non teneo. Sancta Maria miserere mei. Impressum Florentia Anno gratiae M.CCCCLXXXIX. Idibus Novemb. per Antonium Mischominum.	

Spelling changes:

caera < cera

cede < caede

crassor = grassor

fecis < faecis

foelix < felix

lyeus < Lyaeus

ianque < iamque

inheret < inhaeret

mydas < Midas

nephas < nefas

numos < nummos

supelles < supellex

many instances of words formed with either *rumpo* or *rupto*

Notes

5.1.43. codens < condens in Vat. lat. 7192